

Liber
Bibliothecæ Academicæ Halensi
CHRISTOPH. ERNEST. CONONE,
Med. Doct. & Practico
Berolinensi,
TESTAMENTO DONATVS.
1729.

Kod. 8. d.



MATTHIÆ TILINGII
Med. II. Doct & in Academia Hasso-
Schaumburgica Professoris Publ.

De

TUBA UTERI
DE QVE FOETV
NUPER IN GALLIA
EXTRA UTERI CAVITATEM
IN TVBA CON-
CEPTO,
EXERCITATIO
ANATOMICA,

Cui duorum Monstrorum, unius Berolini,
alterius verò in agro Marpurgensi nuper
editorum, Relatio est innexa,



RINTHELI,
Impensis THOMÆ HENRICI HAUENSTEINII
Bibliopolæ Hannoverani & Hildesiensis
Typis G.C. Wächter Acad. Typogr. 1670.

Serenissimi ac Potentissimi
Principis Electoris Brande-
burgici &c.

Archiatro Felicissimo ac Exellen-
tissimo
DN. D. JOANNI
SIGISMUNDO
ELSHOLTIO
Medico Electorali Celeberrimo,

Amico & Fautori suo Colendissimo

Salutem plurimam dicit, ac
felicitatem summam

apprecatur

MATTHIAS TILINGIUS
Med.D.& P.P.

ન્નોંડે સ્ટો ન્નોંડે



Σὺν Θεῷ καὶ νῷ

*EPISTOLA DEDICATORIA
PRÆNOBILIS, EXCELLEN-
TISSIME, ATQUE EXPERIEN-
TISSIME DOMINE.*



On minoris certè momenti
audaciam, literis, Virorum
authoritate, experientiâ,
doctrinæque Claritudine summè con-
spicuorum fores pulsare, eorumque
amicitiam, animi promptitudinem ac
favorem sibi comparare, existimo. Etsi
namque de facie Viro præ nobili no-
tus non sim, hoc tamen, opinor, non
impedit, quominus etiam in celebri-
rimi Nominis Tui Cultorum asscribi
queam catalogum. Scribendi autem
istam occasionem largiter sanè mihi
præbuit partim Epistola, Tua doctissi-

ma,

ma, ac nimis nervosè de conceptione
Tubaria, itemque de puella Monstrosa
Berolini nuper nata, conscripta, ac ad
Virum prænobilem atque Excellentissi-
mum Dn. VVorathum Huxholtzium,
Serenissimæ Principis, Hassorum Land-
graviæ, Regentis, Archiatrum summè
gravissimum, ac Experientissimum, A-
micum ac Fautorem meum Colendissi-
mum, paucis abhinc septimanis trans-
missa, ac mihi ab Excellentissimo *Hux-
holtzio* communicata; partim stimu-
lum quoq; mihi singularis Excell. Tux
humanitas, summum ingenii acumen,
ac laudabile eruditionis tuæ specimen,
quod ex ejusmodi intellexi epistola,
addiderunt, cuius ingenii tui indolem
ac animi candorem Excell. ille *Huxolt-
zii* nunquam satis literis valet expri-
mere, mihi que sat per literas revelavit
accommendavit, quod sanè incredibi-
li me persuadit gaudio, statimque in vo-
tis nihil tragiis habui, quam ut in viri
tanti amicitiam ac favorem me insinua-
re possem. Submisso igitur rogo, & oro,
hanc

DEDICATORIA. 5

hanc ut scribendi audaciam meam ve-
lit habere excusatam, meque imposte-
rum eo favore ac amore, quo bonos
omnes prosequitur, quoque complecti
non dedignetur. Utinam interea qua-
liscunque mihi obtingeret occasio,
quâ meam Excell. Viro inserviendi
propensionem reâpsè magis quam ver-
bis testitam facere possem: Sanè non
concederem, ut hac in re ulli uspiam fo-
rem secundus; ideoque tēm mihi gra-
tissimam faciet Excell. Tua, si tantæ
meæ audaciæ ubicunq; & quandocunq;
que ignoscat. Epistolam Excell. Tuæ
de conceptione tubaria, quâque huma-
nos fœtus extra uteri cavitatem in tubis
quandoque concipi posse, statuitur; i-
temque de puella monstrosa Berolini
nuper nata, paucas quamvis, ingeniosè
tamen positas lîneas perlustravi, multa-
que imprimis de conceptione tubaria,
exemplo isto confirmata, inveni, quæ
sanè sunt admiranda, dignaque, quæ
probè notentur ac ab omnibus obser-
ventur. Quare quoque non levis tum

A 3 admi-

admiratio animum Excell. Tuæ subiit,
ostentumque hoc naturæ rarissimum
ulteriori examini subjicere quam ma-
xime dignum putavit; lineas ergo ali-
quot, Epistolæ instar, chartæ commisit
ac ut universis in locis, istæc, si non no-
va, saltæ paucis obvia hac tenus con-
cipiendi ratio magis innotesceret, epi-
stolâ hâcce Excell. Tua casum ejusmo-
di de conceptione tubaria breviter re-
petere, & annexâ effigie, tanquam in-
terprete, incitare animos Clarissimo-
rum Medicorum ac Anatomicorum
ad id genus plures observationes im-
pensius investigandas ac exactè notan-
das voluit. Monstrum quoque, quod
peperit Coloniæ Brandenburgicæ Anno
præterlapso CLO Ioc LXIX. die XIII.
Mensis Octobris foëmina juvencula
militis cujusdam gregarii de legione
urbis præsidiaria, sanè horrendum fuit,
& ni fallor, ut vidi, fuit pessimæ confor-
mationis puella. Ut enim summa cum
admiratione legi, postquam tertio à
partu die, inspectio ab Excell. Tua fa-

cta.

Et a sit, in capite foetus istius nullum exterius apparuit vitium, quin potius facies ipsi fuit pulchra & venusta satis, nec non brachium dextrum, itemque dorsum totum erroris planè visum fuit expers. Brachium contra sinistrum verò ab humero sensim acuminatum extitit, & tandem in unum terminavit digitum, suo ungue ritè ornatum. Crus levum ab domini ad natum ita, ut genu illud attigerit: hiavit autem tota illa abdominis portio, propendentibus percutem fissam, hepate, mesenterio, ceterisque nutritioni dicatis visceribus ut etiam vasis umbilicalibus: pes quatuor tantummodo digitis instrutus, & per medium notabili scissurā divulsus fuit, adeò ut eminens consipienti duplex planta in uno pede appauerit. In dextro genu patella defuit, & planta pedis itidem quaternis saltēm prædita digitis. Verum & ex interno femore prodiit, simulque malleolo interno connexum fuit caudam suillam oblongam referens corpus, & quidem

A 4 glabrum

glabrum: qualis caudula sed brevior & pilosa etiam propè anum in solita coccygis extremitate haud sine stupore se se contemplando præbait. Monstrosa sanè fuit puella, monstrum omnium horrendissimum. Multa ergo, ut recte scripsit *Spigelius Fabr. Corp. human. l. 8. c. 6.* præter rationem sicut, ac multa naturæ limites excedunt. Licet quidem puella hæc malè conformata monstrum fuerit admodum horrendum, non dissimilis attamen huic fuit Fœtus ille Monstrosus nuper in agro Marpurgensi, ac quidem in pago BERGELN à fœmina Rustica editus, & post vitam extinctam, ex Celeberrimæ Facultatis Medicæ decreto à Viro Excellentissimo *Dn. Henrico Majo*, Anatomes ac Medicinar: Professore Publ. celeberrimo publicè die 29. Novembr. Anni superioris dissecitus. In cuius strætura ac conformatio[n]e visu admiranda ac horrenda planè comparuerunt. In ejus enim sectione ante omnia Excell. *Majus*, quoad externalm ejus formam:

DEDICATORIA. 9

mam consideravit istius magnitudinem
quæ ratione longitudinis Spithamum
majorem, ratione latitudinis verò ulnæ
quadrantem circiter exæquavit. Totus
colore fuit rufus, & undique glaber.
Species externa fuit mixta: supernè
quoad caput, pectus & brachia brutum;
inferne quoad ventrem & pedes homi-
nem imitata, undique tamen cum insi-
gni deformitate conjuncta. Caput e-
nim fuit acuminatum, copiosa carne in-
structum, & nates simæ, juxta quas con-
spicui fuerunt parvi ocelli, & supra hos
ad latera capitis apertæ aures. Os ipse
fuit apertum, & palatum diductum, in
ore parva lingua cum suo ligamento, &
ad ejus latera bini dentes in utraque
maxilla aperte observati sunt. Mentum
autem pectori affixum colli nullum re-
liquit indicium. Facies apparuit simiæ.
In manibus non fuerunt ritè distincti
digi, nec ungues hominum, sed bru-
torum more curvi & acuti. Pectus vi-
sum est divisum, musculusque mamma-
rum loco, sic satis carnosus ac protube-

A. 5.

Ians.

rans, cum manifesto discriminē hypochondriorum, pectoris ab imo ventre exterius discernentium, apparuit. In abdomen conspicuus fuit umbilicus, ast circa pubem membrum genitale duplex, Hermaphroditum aperte monstrans. Pedes visi sunt humani, monstrosi tamen & illi, quod genua ad latera distorta, & parvus pes intosum & sursum incurvatus calcaneum distortum monstravit, adeoq; varum effecit, crucis instar pedibus sibi invicem implicatis. Ethaēc anterior fuit facies externa; Dorsum per omnia fuit æquale, & sic sati carnosum, nullum tamen musculorum, nec etiam natum observabile disserim. Hisce sine sectione perspectis, abdomen Anatomicorum more aperuit Excell. Dr. Mijus, ubique peritonæum, & cibis eo urachum ab umbilico ad vesicam deductum, nullum verò præter vas umbilicale invenit. Omenti nullum vestigium, intestinata men omnia distinctè observata sunt, itidemque vesica & uterus, cum vasis.

spes

DEDICATORIA.

spermaticis sat magnis; Attestes nulli,
nullusque lien, renes, ureteresque fa-
tis magni cum vasorum majorum vesti-
giis in conspectum sese prodiderunt.
In medio abdomen sub diaphragmate
observata est particula quædam subru-
bra, & sub ea alia albescens, quas hepar
& ventriculum mentiri credit saepius
laudatus *Dn. Majus*; ut ut propterea
nullum Oesophagum observaverit, nec
etiam intestina dictæ particulæ conjun-
cta, Mesenteriolo parvo arctè inter se
gyrata, & dorso firmiter annexa. Ad la-
tera prædictarum particularum obser-
vatæ sunt duæ carunculæ albescentes,
quas renes succenturiatos adumbrasse
credidit. In pectore nullum adfuit ster-
num, sed loco ejus duo oscula continua
& lata ab utroque latere apparuerunt;
at costæ omnes adfuerunt; Cavitas fa-
tis magna, unicâ solūm vesiculâ reple-
ta, intra quam Corculum utut lenticu-
læ vix magnitudinem exceedens, ab o-
mni tamen parte perfectum, fuit deten-
tum; à vesicula ista albicans ductus in-
gred-

gressus est ipsum palatum, in quo ta-
men transitum ad inferiora observare
potuit nullum. In ore nihil, præter ante-
dicta, nisi quod Maxillæ fuerint si satis
duræ & cartilagineæ. Cranium multâ
stipatum fuit carne, at nulla sensibilis
membrana vix sensibilem habuit cavi-
tatem, in qua nihil observare potuit
præter foramen ab quod fatis magnum,
per quod stylus immissus per universam
dorsi spinam medullâ implétam ad os
usque sacrum sine omni labore est pro-
gressus. Ethæc sunt, quæ eo tempore
in foetu isto monstroso dissectione An-
atomicâ notare Excell. Majus po-
nit. Quæ omnia in sectione hæjusmo-
di observata, ut magis adhuc elucesce-
rent, non nullis de monstribus quæstiōnī-
bus raris ac speciosis dilucidavit, atque
de foetu hoc monstroso publicam in
Antiquissima Marpurgensium Acadē-
mia habuit disputationem, quam sub-
ejus Umbone pro virili ac satis acriter
defendit Doctissimus Joann. Ludovicus
Huxholz Magni Viri Huxholzi filius.

Nos.

Nós ergò omnipotentiam Dei maximam ex his & aliis monstris horrendis nobis in exemplum productis, discimus, Deumq; mirabilem in operibus suis exinde meritò cognoscimus. Sunt quidem omnes species mundanæ à Deo speciosæ creatæ, ac perfectionem cuique competentem quælibet obtinent; hinc Physici quoque, seu Naturæ speculatores indefessi, cum ejusmodi speciosas theatri Mundani species pensitare satagunt, omnem in modum de pulchritudine, quam in cunctis offendunt partibus, gloriantur. Pulchritudo enim summa, cum ex se oculorum lumine tractabilis non sit, insignes imagines, immensasque statuas produxit, in quibus gens, quam sacra animarent studia, rem suâpte naturâ inadspectabilem capesceret. Scilicet amantes, si frei quam depeteunt, copiam habere nesciunt, vel ideam illius avidè acceptant, inten-
teque adspectant. Pulchrum est cœlum, pulchra est stellæ; pulchrum, quicquid totus habet orbis. Quæ pulchra
omnia,

omnia quid nisi primum & unum
pulchrum plenis decantant buccis?
Ast hanc theatri mundani pulchritudi-
nem, proh dolor, horrenda nonnun-
quam & enormia ~~negligit~~ ac ~~negat~~,
si non deformare, tam en obscurare vi-
dentur. Nam praeter illas mundis species,
sat bonas, sat pulchras, sat perfectas, in-
terdum germina quædam prodigiosa
& horrenda, monstra latinis nuncupa-
ta, sese ostentant. Olim Africa sem-
per aliquid novi attulit, sed hodie etiam
Europa habet, quæ novitate non ca-
rent. Nullus enim fermè locus, & nul-
lus angulus à spectaculis istis liber est.
Et pueri & juvenes, & senes, monstra
aliquot visu, auditu tactu, omnique
fermè sensu notarunt. Accidit enim
per sèpè, ut pro fœtu sano non saltem
molas informes & vitâ carentes fœmi-
næ concipient & generent, sed & varia
monstra viventia & animalia praeter &
contra naturam producant, quod fœ-
minis hisce duabus Berolini ac in agro
Marburgensi quoq; contigisse perpe-
ximus.

DEDICATORIA.

15

speximus. Nos ergò, cum etiam in minimis ac mutilis quid latitet, quod animum veritatis avidum oblectet, diutius hisce monstris perscrudandis immorari hinc quidem possemus, verum calamum iterum ad conceptionem tubarium fle. Etimus, ac quemlibet avidè de monstris scire cupientem ad *Paulum Zachiam*, Autorem nunquem satis laudandum, in questionibus suis *Medico. legal. Licetum* item, *VVeinrichum, Sennertum, Sperlingium, Alstedium, Keckermanum, Scotum, Borellum*, qui accuratè ac ex professo demonstris scriplerunt; mitimus. Nos ergò ad conceptionem tubarium, cuius Excell. Tua in epistola illa doctissima Magno Cattorum Machaoni *Dn. Huxholzio* in scripta meminit, Convertentes, fatemur cōquidē; ejusmodi conceptionum tubariorum, seu humanorum fœtuum extrauteri cavitatem in tubis quandoq; conceptorum exempla esse rara. *Joann. Riolanus* Anatomicus Parisiensis sanè celeberrimus *l. 2, Anthropograph. o. 35-*
quem

quem Excell Tua ipsa in Epistola sua
allegat: *In tuba uteri, inquit, quod est
mirabile, fœtum humanum concipi, fuit
observatum.* Qui deinde quattuor quo-
que recesserat è tubis exsectorum fœtu-
um exempla, quæ hic repetere saltem
animi esset otiosi; tum omnibus quoq;
notam censem historiam de uxore Ci-
vis Viennensis, quam apud Joann Mar-
guardum pract. Med. tit. de mola matri-
cis p.390. legimus. Eventæ scilicet
sunt in ipsis Cadavere dilecto duæ
mole extra matricem, una supra ipsam,
frusti instar carnis, & altera in latere si-
nistro, circa vasa seminaria, capitis ma-
gnitudine. Commodè hinc quoque per-
tinere potest observatio (quæ multo-
rum Anatomicorum ac Medicorum
non insimæ notæ animos satis admo-
dum distorsit) Musi Pontanæ mulieris,
Embryonem extra uterum concipienc-
tis ac gerentis, quam ante decem annos
præterlapsos seorsim primum divulga-
vit Joann Daniel Hörstros in Epistol. ad
Excell. Tho. Bartholinum transmissa,

quam

quam ipse quoque Th. Bartholinus non
in cent. solam 6. Histor. 92. sed in diver-
sis quoque Epistol. Medicinalibus re-
petiit, ac de qua Dn. Straussius peculia-
rem edidit tractatum. Quibus jam nunc
Excell. Tuæ nova ex Galliis accedit
observatio, quæ cunctas sanè anteâ ob-
servatas tûm magnoperè illustrat, tûm
evidentiâ quoque majori longè supe-
rat. Cùm igitur de conceptione tuba-
ria ejusmodi observatio tantâ polleat
eminentiâ, tamque majorem id genus
plures notandi observationes ansam-
nobis præbeat, itidemq; cum de Tuba
uteri historia multis scateat dubiorum
rivalis, ac non Anatomicorum pauci-
sint, qui hanc de uteri tuba historiam
planè in dubium vocant, ut imprimis
ex recentioribus Albertus Kyperus
Medic. Inst. l. I. c. 21. Anatomicorum
quoquononnulli, ut Vesalius Spigelius,
Baubinus, Virolius, Columbius, Lauren-
tius, Liurembergius, & alii innumeri,
ne quidem ejus mentionem faciunt, ea-
tameu satis clare ac perspicue in mulie-
rum

rum sectionibus Anatomicis conspi-
ciatur, ideo ulterius perscrutandi natu-
ræ miracula desiderio flagranti permo-
tus, universam anatomicè Tubæ uteri
historiam describere, animum induxi.
In cuius autem scrutinio, ut Excell. tuæ
Epistola satis alias doctissima explice-
tur, illustrecur ac confirmetur, in duo-
bus saltē, quanto in temporis & insti-
tuti ratio patitur, occupatus ero: Pri-
mùm, ut nimirum Uteri Tubæ natu-
ram ac essentiam secundum ejus nume-
rum, situm, substantiam, figuram, du-
ctum, ac denique secundum ejus actio-
nes ac usus graphicè de pingam, deinde
ut certas ac validissimas rationes, qui-
bus sententia mea, quâ humanos fœtūs
extra uteri cavitatem in tubis quando-
que concipi posse, statuitur, confirmari
possit, adducam, simulque ea, quæ de
conceptione, hic tubaria in program-
mate à Dr. Benedicto Vassalio promul-
gato extant, ac veritati Anatomicæ mi-
nus consonavidentur, in rectum sensum
reducam. Hoc ergo opusculum Ana-
tomie-

DEDICATORIA. 19

tomicum volanti quasi calamo conscribere, ac Excell. Tuæ Nomi*n*i inscribe-re volui. Levidense est quidem, & chartaceum, quod mitto munusculum, & quod Excell. Tuæ dignitati ac singu-lari humanitati minus correspondet; attamen submisse rogito, ut illud sereno ac placido vultu suscipiat, contraque improbi livoris dentes, ne virulentus infigi valeat morsus, fortiter protegat ac me sub favoris ac amoris suo clypeo complecti non dignetur. Fxit Nu-men supremum, ut Excell. Tu*a* cum o-mnibus sibi charissimis ad annos vivat Nestoreos Dabam Rinthelii è Musæo meo die i. Martii Anno salutis nostra*m* restauratæ 1670.

EXER-

Εγενερούσιος οὐκέτε τελείωσεν

EXERCITATIONIS ANATOMICÆ

De

TUBA UTERI.

SECTIO PRIMA.

§. I.

Nvidendum hominis est
encomium, quod Trismes-
igisto adscribitur: ὁ δὲ Θω-
πόρος Γένος ζωον θεῖον, homo
divinum animal. Honorarius maximè
titulus est, quō à Platone l. d. leg. θεοφα-
γεῖον, miraculum divinum insignitur.
Homo est animal adorandum, & ad-
mirandum. Adorandum certè propter
mentem immortalem, præpotenti Deo
simillimam: admirandum, sive θεοφα-
γεῖον mirabilem mirabilem à Pla-
tone vocatur homo, non ob animam
solum, quam à supremo conditore ac-
cepit rationalem, interitus omnis ex-
per-

peritem, æternitatis desiderio flagrantem, mira operantem, nec leves dignitatis igniculos prae se ferentem; nec ob elegantem corporis structuram & figuram tantum, quam prae ceteris animalibus obtinuit decentem & etiam, nam prona

Quum spectent animalia cetera terram.

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri.

Indicio haud levi, eum ad altiora natum, sursumque cor & sursum oculos, cœlestem patriam, nunquam interitura tabernacula, esse sublevandos; sed &c maximoperè homo dicitur animaladmirandum, ob formationem in utero, vel ipsius Regii Prophetæ testimonio, mirabilem.

2. Sacrarium istud, in quo hoc peragitur miraculum, leve quidem est, &c in abjecta corporis Parte locatum, dignum tamen, quod à quolibet, cui τὸ
Ἰωάννης οὐ αὐτὸν cordi, castâ contempletur mente, mirabilia vita nostræ pria

primordia, stupenda inque omnipotentiæ divinæ operationem rimatura.

3. Diogenes, seu ut alii volunt, Hereditus, referente Aristotele l. i. part. animal. c. 4. Hyeme in tuguriolo fumario, caloris gratiâ nonnihil commortans, prætereuntes, quos loci vilitas ab ingressu & compellatione absterrebat, his verbis ad accessum invitavit: *Introit enim & hic Dij sunt.* Proinde licet & hic locus alias sordibus scateat, sitque totius corporis fæminei sentina ac humorum vitiosorum emissarium nos tamē is ad accuratiorem Tubæ suæ contemplationem invitat, quia & ibi mirabilis speciei humanæ propagatio haud obscura Numinis vestigia nobis ante oculos ponit.

4. Partes muliebres generationi alias inservientes ab Anatomieorum Ordine ob nobilissimas earum actiones & usus, quos in hominis generatione præstant, recensentur: Vasa spermatica, testes & vasa deferentia, ad quæ uteri Tubam nos referimus, uterus cum

cum fundi Orificio & collo, hymen,
Carunculæ myrtiformes, & vnlvæ
cum alis, Clitoride & monticulis. Ex
his recensitis, quædam partim cum vi-
rilibus convenient, ut vasa spermati-
ca, testes, & vasa deferentia; partim
planè ab iis differunt, peculiari stru-
cturâ dotatae, ut uterus cum fundo,
orificio, Collo, hymene, carunculis
myrtiformibus, alis, clitoride & mon-
ticulis, Malè ergò *Galenus*, *Fallopianus*,
& alii has partes, nonnisi solo situ à
virilibus differre voluere. Quæ op-
nio autem nata est ex iis, qui putârunt,
fœminam tantum esse virum imperfe-
ctum, & ob frigiditatem membra ge-
nerationis non potuisse foras protru-
di; quemadmodum in viro majoris
caloris extra propelluntur. Cæterum
muliebres partes non tantum situ à
virilibus differre, sed & universâ stru-
cturâ, quoad numerum, superficiem,
magnitudinem, cavitatem, figuram,
officium & usum, satis manifestum est,
peritis Anatomicis, & cuivis, qui par-
tes

tes generationis muliebres cum virilibus conferre velit. Opinionis autem eorum falsitas ex multiplicitate, quam afferunt, conjectura, imprimis patet. Quidam enim uterum scrotum virili assimilant, quidam glandi penis. Peni virili aliqui uteri collum respondere volunt, aliqui clitorida. Quae omnia autem propriâ fragilitate concidunt.

5. Nos segregatis aliis partibus muliebribus generationi inservientibus, ratione instituti nostri, ad solam uteri Tuba explicationem accedimus. In antecepsum tamen fatemur, hanc, de vasis semen muliebre deferentibus, & consequenter de uteri Tuba, doctrinam, quam explicandam ac illustrandam suscepimus, traditam haec tenus ab Anatomicis, esse paulò intricatiorem ac multis dubiis refertam, partim opinionum varietate, partim rei ipsius obscuritate, quam tamen pro virili reducere conabimur, & quantum fieri potest, illustrabimus.

6. Hic

6. Hic quidem Methodus requiriatur,
ut statim Tubæ ipsius uteri explicatio-
nem ac illustrationem aggredieremur,
verum, cum absq; vasorum præparan-
tium, testium fœmineorum ac vaso-
rum deferentium exadâ illustratione
ac cognitione; una namque alteri ma-
xime conjungitur, unaque ab altera de-
pendet, simulque in unum usum atquo-
finem, ad semen scil. generationi fœ-
tus necessarium producendum, ac u-
tero immitendum, conspirant; tubæ
que uteri potissimum functio hisce
partibus earumque adminiculo maxi-
mè adjuvatur, illustratur, ac confirma-
tur, veram uteri tubæ historiam, ejus-
que actiones & usus non exiguos ex-
plicare ac illustrare àdūvator sit, prius
nos ad partium earum enodationem
convertemus.

7. Vasa spermatica præparantia in
fœminis (vena nempe & arteria, utrin-
que una) similiter ferè, ut in viris socia-
ta, intra abdomen permanent, ac nume-
ro, ortu officio, similibusque circum-

stantiis se habent, ut in viris differuntque solum *magnitudine*, quia sunt breviora, ob brevem viam, sed ideo etiam anfractib⁹ pluribus, corpus varicosum constituentibus pollent, quo diu satis semen immoretur, & præparetur. Deinde *Insertione*; nam non tota ad testes feruntur, sed in medio dividuntur itinere; & major pars ad testem abit, corpus varicosum constituens; minor inutrum desinit, in cuj⁹ latera disseminatur, præcipue vero ad superiorem fundi portionem pro nutritione uteri & conceptus, & ut per eavasa menstruorum pars aliqua in non gravidis ac virginibus juvenculis expurgetur. Trifidus enim minor ramus infra testiculum in tres surculos scinditur, quorum unus, ut jam dictum, ad uterus excurrit, alter vasi deferenti sive tubæ uteri, & ligamento rotundo distribuitur; tertius surculus uteri latus sub membrana communi perreptans, propè veram uteri cervicem desinit, ve nisd hogastricis etiam

etiam insinuatus, cum quibus & arteriis per anastomoses junguntur. Venæ istæ & arteriæ seminales pluribus mirabilibus anastomosibus implicantur ad semenis præparationem. Imò etiam venæ arterias hypogastricas uteri ex *Arantii & Riolani*, observatione in se admittunt. Arterias tamen in fœmina, quæ masculos pepererat, defuisse, meminit Anatomicorum hujus seculi facilè Excellentissimus *Th. Bartholinus* *Anatom. sue reformat.* l. i. cap. 25. & *Fr: Zánchez* *Tolosanæ* in lapidem induratas narrat.

7. Vasa hæc variis obstructionibus sunt obnoxia, ac humorum fluxum consuetum intercipiunt, quod fœminis varias pariat molestias. Intumescunt simul cum testibus, qui ad pugni mollem exsurgunt ab humorum collectione instar steatomatis. Ex tumore ad latera imi hypogastrii hoc impressum dignoscitur. Hæc vasa *Harvæs ingeniosissimus* naturæ perscrutator,

B 2 exerg.

exerc. de generat. animal. p. m. 281. in fœminis deesse asserit.

9. Testes verò muliebres, licet usu convenient ex parte cum virilibus, in multis attamen, quo ad structuram, differunt, & quidem 1. *Situ*; reconduntur enim intrinsecus in cavitate ab dominis supra lumborum musculos, nempe non procul ab uteri fundo (duorum digitorum saltē latitudine) cui alligantur, partim ligamentis latis, partim vasis deferentibus, eā quoque regione adhærent, quā ilium ossa sacro committuntur; ideo etiam calidiores atque adeò fœcundiores sunt, cum materiam elaborare debeant, ex qua sola homo generari debuit, accedente virili semine, non ut materiā, sed ut efficiente 2. *Magnitudine*, quæ non tanta in mulieribus: Interim pubescen-tibus ac vegetis ampliores sunt, albo succo amplius distenti; senescentibus verò minores. 3. *Figura* quoque differunt, quæ ovali minus aptè respon-det; est enim anticâ & posticâ parte lata
atq;

atque depreſſa, & ſuperficie inæquali
& tuberosa: quamvis vidit Cl. Vartha-
nus *Adenograph.* c. 33. teſtes in virgi-
ne emaciata turgidos & æquali ſuperfi-
cie præditos. Magis etiam teſtes ſunt
interius cavi, & humore ſpermatico
magis repleti. 4. *Subſtantia*, quæ puta-
tur nonnullis durior eſſe, quam in viris,
ſed verius nonnullis mollior eſt, & ſi à
membrana ſeparetur, tota ex pluribus
glandulis ac veficulis coagmentata re-
peritur; raro tamen virilibus ſunt ſu-
miles, quamvis Excell. Bartholinus in
Cetaceis nonnullis nullam, niſi in ma-
gnitudine, ſubſtantiae diverſitatem in-
venerit. 5. *Temperamento*, quod ha-
betur communiter eſſe frigidius, & ſe-
men contentum humidius, tenuius &
aquoſius. 6. *Integumentis*; integuntur
enim unicā tantum tunicā propriā &
validā, cum in loco ſint abdito & bene
protecto. Illa autem tunica validiſſime
adhæret, atque Galeno dicitur.
Interim ubi vasa ſeminalia teſtes ad-
mittunt, quoad medianā partem à peri-

B 3 tonzo

tonæo investiuntur. Et tandem 7. differunt connexione. Duplici enim meatu, manifesto uno, altero obscuriori utero connectuntur, quibus in coitu non serum, sed semen muliebre effunditur. Venulas & arterio las exiles habent à vasis spermaticis, membranâ simplici, à pertonæo enatâ, investiuntur.

9. Usum testium hujusmodi in foeminais grave gravissimorum. Autrum dissidium, dubium admodum reddere videtur. Testium alias usus est, elaborare semen, *γόνιμον* suo modo: hoc contra omnem rationem & experientiam mulieribus denegare ausi sunt Anatomicorum ac medicorum non pauci.

10. Hippocrates, Medicorum antisignanus lib. de genitur, humorem illum, qui à foeminis in coitu excernitur, pro semine quidem foemineo habet, quod verè cum semine virili ad generationem concurrat, ut clarè liquet apud Eundem lib. d. nat. fæt. mox in init, ubi genituran ab utroque parente profici.

cisci, & in mulieris utero permisceri, condensari spiritum concipere &c. docet, autequam quicquam à matre proutrimento aterrahatur; sed hoc è toto corpore profluat. Evidentissimè l. 26. revns, loquitur: μετὰ τὸν οὐρανὸν δόται τῷ σώματι, ὅτι μηδὲ εἰς τὸν μέτερα, αἱ τοῦ μητρός οὐκαλέαται γίνονται, ὅτε καὶ εὔχω, ηγέρονται σειν αἱ μητρός μαλλού τῷ οὐρανῷ. Semen vero è corpore etiam emittit mulier, interdum quidem in uterum, nonnunquam vero foras, si plus aquo uterus debiscat.

II. Aristoteles l. 1. de generat. anim. cap. 4. testes in genere nihil ad generationem facere putat, cum multa animalia, ut pisces & serpentes iis careant, coeant tamen, & semen prolificum emittant. Item: l. 1. de generat. animal. c. 20. genituram à foemina non conferri ad generandum; aliquid vero conferri, idque esse menstruum constitutionem, disertè testatur.

B. 4.

Men-

Menstrua in fœminis idem esse, inquit, quod in viris est genitura: nec posse duas excretiones spermaticas simul fieri: Ideoque semen à fœminis non conferri ad generationem. Additque, si semen esset, (in fœminis) menstrua non essent; nunc ideo illud deest, quia hæc sunt: Atque ita sicut semen (in maribus) ita menstrua (in fœminis) residuum esse ultimi alimenti sanguinei: seu ut habet cap. 20. *Menstrua semen non purum sunt, sed indigens confectionis: eaque genituræ admista generant.* Ex quibus elucefecit, quo sensu Aristoteles quandoque semen fœminis attribuat (ut l. 4. d. gen. anim. 6. l. 1. *Histor. anim. c. 3.*) quod tamen disertè negat, ab iisdem conferri; nimurum quatenus menstrua pro semine imperfecto (si cum maris semine conseruantur) accipit, quibus hoc commune sit cum semine virili, quod sint ultimi sanguinei residuum. *Nenpe ex semine virili & sanguine menstruo fieri conceptus, scil. primam ex mare & fœmina misturam cit.*
loc.

loc. contendit. Non negat interim *Aristoteles*, à fœminis præter sanguinem menstruum, alium aliquem humorem per coitum excerni, quem alii veteres semen statuebant, attamen illum non humorem seminalem esse, sed loci proprium afferit: *Vteri enim excretionem esse*, quæ aliis eveniat, aliis non. Hanc Aristotelis sententiam, quâ verū semen, quod præter sanguinem menstruum in generatione principii rationem habeat, derogatur fœminis, sequuntur *Athenaeus Avicenna, Averroes, Petrus Aponensis & alij.*

12. Similiter licet recentiorum nonnulli non negant, à testibus mulierum, humorem aliquem ad uterum defluere, volunt tamen, humorem illum non nisi ad irrigandum uterum vicinaque loca facere, ac testes mulierum duntaxat glandulas esse ad recipiendam humiditatem, quâ abundare debeat uterus, ut præprimis *Cremonini* sententia est. Similiter inter veteres *Herophilus* testes mulierum agnovit, eorumque si-

tum descriptis; at fœminarum semen extra uterum effundi statuit, contra quem acriter satis pugnat Galenus L. 2. de sem. cap. 1. Ita Rhodiginus quoque eos nullius usus & notæ tantum seu signi gratiâ esse conditos censet. Nec dissimilis opinio fuit Athenæi, qui seminalia vasa fœminis sola coniuetudine & convenientiâ absque functione, ut papillæ in maribus existere, & ornatus tantum gratiâ exsculptas esse cre didit.

13. Fallopius dñdum quoque fidem fœmini in hisce testibus generando denegare ausus est, in observat: p. m. 421. Omnes Anatomici ait, uno ore adfirmant, in testibus fœminarum semen fieri, & quod semine referri reperiantur, quodego nunquam, videre potui, quamvis non levem operam, ut hoc cognoscerem, adhibuerim. Vidi quidem in ipsis quasdam vesiculos, aquâ vel humore aqueo, alias luteo, alias verò limpido turgentes, sed nunquam semen vidi, nisi in vase

vasis ipsis spermaticis, vel delatoriis uscattis.

14. In comparabilis naturæ humanae scrutator Harveus exerc. 65. de gen. animal. has quoque partes neutiquam seminis generationi inservire, sed aliis usibus vilioribus destinatas esse contendit. Testiculi ait, ovibus, capris ac bisulcis omnibus visuntur quidem, sed sunt quasi parvæ glandulae, que prostatæ potius aut Mesenterij glandulis proportione respondent (quarum usus est stabilire venarum varicationes & humorem lumbicandis partibus conservare) quam semini eis, prolifico concoquendo, coitusq; tempore profundendo institutæ sunt. Sumque egomet hujus sententiae, tum ob alias rationes plurimas alibi allatas, tum maxime quod coitus tempore (quando maribus testiculi turgent, & humore seminali replentur) in cervis & damis, catenisque viviparis omnibus, (in quibus reperiuntur) uteri cornua immutentur; testiculi autem dicti (tanquam ad generationem nihil facerent) nec turgeant; nec quic-

quicquam à solita constitutione (sive ante coitum, sive post ipsum) varient, neque ulla indicio utilitatem aliquam, vel ad coitum, vel ad generationem afferant. In exercitatione antecedente etiam ait: verissimum videtur, quod mulierum major pars afferit, ipsas coitu semen non effundere. Et licet salatores quadam humoralem aliquem in coitu emittant, cum tamen fæcundum semen esse, aut ad conceptionem necessariò requiri non arbitror. Plurima enim sine ejusmodi effusione, (¶ nonnulla etiam citra ejusmodi voluptatem aliquam) concipiunt.

15. Casperus Hoffmannus Galenus ille Altiorfinus Institut. Medic. lib. 2. c. 44. eos potius cadavera testium, quam veros testes esse censet, cum sint parvi exsucci & impaciles: Testes inquit, muliebres cum virilibus collati sunt cadavera testium; parvi enim sunt, ex succi, ¶ quod recaput est, Ψαρυξοι, ut Greci dicunt, hoc est, non compacti ex uno solo corpore, sed ex multis sibi invicem impositis, ut si quis ex arena funem texerit, in quicq;

in quibus nonnisi rarissimi humoris aliquid continetur, tam femini masculo similis, quam atramentum lacti, & quidem esse potest similitudo, cum quod Galenus urget, tanta sit dissimilitudo? sed ubi omnia bene habuerint, qua via in uterum venit? Imo effunditur extra ieiis, in quibus est. Quare dico audacter, testes hi non minus sunt notae gratia, quana mammae, aut si ita vis, papilla illarum in viris. Cui suffragium suum ad ungues penè confert Elegans olim Academæ Lugdunæ Batavæ decus Antonida von der Linden in Medicin. sua Physiolog. Habent fæminæ testes, ait, sed quæ cum virilibus collati cadavera sint testicū potius. Tantum undique ab his absunt. Intra enim abdomen suti, utero ntrinque, quasi ad fundum adjacent, eidemque annectuntur ope duorum ligamentorum: quæ uti laxa sunt & membranæ; ita & inclusos sibi testes, ac propterea unica membranæ vestitos gerunt. Magnitudine admodum cedunt sed magis figurâ. Quin & pro subjectoruna ratione in hac

plac.

plurimum variant; ita adeo certa aliqua assignari ipsis nequeat. Maximè vero, quod rei caput est, substantiam abeunt à verilibus; sunt enim ψαρυχοι, ut Graci dicunt, hoc est non compacti ex uno solido corpore, sed coagmentati ex multis glandulis ac vesiculis. Glandule parvae admodum, & plerumque exsiccæ sunt; varissimè enim aliquid humoris continuasse visa sunt.

16. Ex descriptione illa D. Cappari Hoffmanni elucescit, cum testes mulierestantum nominetenus cum illis virorum communes agnovisse. Ait enim esse Cadavera testium, nihil habere similitudinis cum illis virorum, & notæ tantum gratiâ fœminis dant, quemadmodum papillas viris. Quid sibi velit per testium Cadavera, haud facile est conjectare; nisi intelligat, eos nullum testiculorum munus excipi, quod aperte in descriptionis fine insinuat. Si vero semen in iis generetur: non dubium est, quin aliquali testiculorum munere defungantur: se
men

men verò in illis generari, videtur satis demonstrari posse ex animalium fœminæ sexus castratorum sterilitate, sed de hac re postea fusius: patet etiam ex ipsa voluptate, quam fœminæ ex feminis excretione in coitu percipiunt & ex sequenti contristatione, post nobilem illum succum excretum. Sed in stat illa Hoffmannus, eorum semen tam masculo simile esse, quam atramentum lacti. Verum semen, quod continetur in testiculis fœminarum, non atrum est, sed limpidum & solâ corpulentia virili cedit. Ubi dicit, esse tantum notæ gratiâ, ut papillæ in viris, id præter rationem statuit: nempe notam ibi extenuari, ubi in vivo animali à nemine observari possit? Cur non similiter notæ causâ fœminis concedantur vesiculæ seminales & prostatæ? Quod verò ad virorum papillas attinet, non improbabile est, posse eas, si ab ingruente ætate suggерentur, excrescere, & lac, quamquam minori copiâ, quam in fœminis præbere. Videmus enim in nonnullis mulieribus

mulieribus, mammas adeò exiccari & exarescere, ut vix illarum vestigia supersint.

17. Porrò, ubi ait, testes muliebres ex succos esse, & rarissimè aliquid humoris continere; videtur mihi potius ex aliorum perperam intellectis observationibus, quām propriā experientiā illud afferuisse; & fortè ex *Fallopij* verbis, non satis persensis, errandi ansam arripuit. Dicit ille, se nunquam feminarum testes semine refertos vidisse verū de hac *Fallopij* opinione postea videbimus. Interea loci notandum, *Fallopium* constanter agnoscisse, testiculos hosce materiam quandem aquam in se continere. Et testatur etiam Cl: *VVarthonius Adenograph.* c. 33. se in nullis hactenus dissectis animalibus satis sanis has partes ex succas comprehendisse; tantum abest, ut rarissimè aliquid humoris in se contineant.

18. Præterea afferit, testiculos hosce non esse compactos, nec sibi magis cohaerere, quām si quis ex arena fun-

nem

nem texerit. Verum certissimum est, quanquam ex pluribus vesiculis glandulosâ substantiâ intertextis constant eos tamen unâ continuâ, & sibi propriâ, caque satis firmâ membranâ includi: Omnesque eorum partes ita constitutas esse, ut communi usui inserviant. Non autem semper ad unitatem & complementum partis requiriatur, ut nullam particularum compositionem admittat: ita enim plurimæ glandulæ unitate destituerentur; quod ex plurimis frustulis aptè commissis conficiuntur. Ipsæ vesiculæ seminales in viris consimili compositione cum illa testium muliebrium exstructæ sunt. Non video igitur cur in hisce partibus compositionem magis compactam consideret.

19. Denique negat dari vias per quas se ex onerent in uterus, sed de hac re mox videbimus. Interea loci ait effundi extra, nempe semen, sed per quæ vasa: Nulla enim testibus continuantur, quæ semen ab illis extra

COR

corpus defrancit, sed forsitan illis verbis voluit, effundi in abdominis cavitatem, tunc autem quare, non tantum per quæ vasa, sed & in quem finem & quid de eo sic effuso postea fiat; in sanis quippe nulla hujusmodi materia in abdome aperto unquam deprehenditur; quare hæc Hoffmanni descriptio non tangentur curta & manca est, sed & pluribus erroribus obnoxia.

20. Verum enim verò testes fœminos quoque semen elaborare & emittere, Galenus l. 14. d. us. part. c. 10. fervidè disputat. Testes verò, ait, cum sint laxi ac cavernosi, humorēm, qui in vasis coepitus erat, concoqui excipientes, & ipsi rursum percoquunt, perfectius quidem ad foetus provocationem masculorum testes, majores cum sint & calidiores, ac cum propter intervallū longitudinem, tum propter vasorum concoquentium robur, exactius inde elaboratum sit id, quod in eos descendit: imperfectius autem testes fœminorum id efficiunt, ut qui minores sint,

ac

ac frigidiores, minusque coctum excipi-
ant humorem.

21. Andr. Laurentius in Histor.
Anat. testes foeminiis ait, construxit na-
tura ad sensinis elaborationem; Emit-
tunt enim prolificum semen foemina ut
mares, quicquid clamitent peripatetici,
sed frigidius.

22. Imò alii ad autopsiam provo-
cant, semenque reverâ in foeminarum
testibus contineri contendunt. Pollu-
tiones nocturnæ foeminarum, quid ali-
ud quam seminais præsentis argumen-
tum offerunt, Cl. Riolanus in Enchrid.
Anat. l. 2. hoc confirmat: Substantiana
isti, ait, habent mollem, ex mollibus
vesiculis conflatam, in quibus serosus
humor continetur, qui solet erumpere
in faciem secantis, nisi caveat. Veslin-
gius hunc humorum aquoso lacti: Rio-
lanus verò l. 2. Anthropolog: cap. 34. se-
ro lactis paulò crassiori similem dicunt.
Ab hoc humor copiosius prorum-
pente Guinterius in sectione fuit im-
peditus. Beslerus delin. fabric. human.
mulier.

mulier tab. I. l. XXXX. ad firmat itidem,
glandulas has semen & quidem prolif-
cum continere, additque, incredulos
& obtrectatores manuum contrecta-
tionem refutaturam.

23. Excell. Th. Bartholinus I. 1.
Anat.reform. c. 26. suum addit calcu-
lum: Verum istud semen esse, ait, re &
sensu ex effectis colligimus masculo simi-
libus, ut mola, ovis subveniencis, &c.
quamquam inperfectioribus, ob sexus da-
scrissen, cui mas vitam & perfectionem
superaddit. Calor in foeminis ad semen
suum generandum adest sufficiens, ad
sunt instrumenta, immo nonnulla viros
superant. Parvi quidem sunt & exiles,
sed nequitiam exsucci. Exilitatem nu-
merus compensat, sicut ex uva racemo
plus succi interdum exprimitur, quam
ex solido pomo.

24. Antonius Deusingius Anat.
instit. l. I. cap. 8. pag. 119. testes in fo-
eminis concedit, atque ita foeminis du-
plicem seminalem humorem inesse sta-
tuit;

tuit: alterum aquosiorem, qui per va-
sculum deferens delatus, partes uteri
laxare, & alimenti vicem ex parte præ-
stare fœtui censeri possit: alterum cor-
pulentiorem ac elaboratiorem, qui ad
conceptum constituendum concur-
rat.

25. Sunt etiam aliæ rationes. Et-
enim si testes hi nullum generant se-
men *γόνιμον*, quare fœmellæ brutorum
castratæ fiunt steriles? quare fœmi-
næ habent eadem organa & instrumen-
ta spermatica cum viris? Cui bono il-
la, nisi ad parilem actionem seu effe-
ctionem semenis? Testantur & con-
firmant idem satis ut jam dictum, pol-
lutiones mulierum nocturnæ, & illis
castratis, steriles olim evasere, teste
Athenaeo. Id suib[us] id expertus est *Ga-
lenus*. Ideò *Varro* vacas, ex seculis testi-
culis, si statim admittantur, concipere
scribit. Deinde quoque in ipsis te-
stibus fœmineis saepius repertum est se-
men, ut *Anatomicorum* experientia
testatur, præsertim si vegetiores fue-
rint

rint & à morbis liberæ. In his & gravi-
dis tumentes semine invenit Beslerus,
& figurâ eleganti expressit. Percipiunt
quoque fœminæ candem, forte etiam
majorem, quam viri, voluptatem. Cum
ergo Creator nihil frustra fecerit, &
fœminæ eadem instrumenta generan-
do & emitendo semini dicata habe-
ant quæ mares, procul dubio etiam se-
men habebunt. Quod & ex eo patet,
quod libidine tentatæ concubitum ap-
petunt, semenque in coitu, & citra il-
lum interdum effundunt, & inter bruta
quædam fœminæ statim tempore ḥpyātū
& quasi furentes in coitum feruntur,
semine abundante stimulatæ; eadem
que castratæ neque coeunt neque con-
cipiunt.

26. Sanè ipsamet quoque artificiosa,
valorum spermaticorum, testium, defe-
rentium vasorum, tubarum, cæterar-
umq; partium hūc attinentium con-
formatio, situs, ac connexio satis argu-
unt, longe alium usum hisce partibus
à natura assignatum esse, quam ut sim-
plici-

pliciter aquosum aliquem liquorem foras, ut Anatomicorum non pauci statuerunt, vel ad uterus irrigandum dimittant; ad hunc enim finem haud quam tanto opus fuisset apparatus, ut recte argumentatur nunquam satis laudandus *Th. Barthol. Anat. sua reformat.* l. i. c. 26. Unico namque vase humorem illum lentius advehenti illi rei satis fieri potuisset, quin itmo solis poris, ut in humore lento in genu destillante fieri notum est.

27. Quin & revera feminis licet imperfectoris, quam est semen virile, rationem habere liquorem illum quasi salivalem in partibus mulierum spermaticis contentum, ex inde liquere potest, quod teste *Veslingio* eò copiosior semper in testibus scemincis reperiatur, quô floridâ magis ætas, viresq; minus attritæ antea fuere, quam morte mulier sublata. Quanvis non universus ille liquor seminalis feminis usum praestet; sed demū ille forsitan duntaxat, qui testib⁹ ad uteritubas delatus ibidemq;
porro

porrò elaboratus , ac ultimam perfectionem consecutus, post seminis viriliis ~~évépyeas~~ admissam, inde ad uterum dimanat. Pars enim magna seminalis liquoris à testibus ad uteri fundum immediatè, nec non ad vaginam quandoque defluit, qui tamen non simpliciter ad irrigandas illas partes , aut ad appetitum venereum excitandum facere censendus est; sed quâ parte quidem ad uteri fundum pertingit, longè nobiliorum usum præstare, & ut alia nunc præter mittam, omnino facere ad conceptus augmentum & incrementum, ac mox ad tenelli Embryonis primum nutrimentum.

28. Hisce de vasis mulierum præparantibus ac earundem testiculis absolutis , vasorum deferentium doctrinam contemplaturi , non immerito fatemur , hanc ab Anatomicis hactenus traditam doctrinam , partim opiniorum diversitate, partim etiam rei ipsius obscuritate nimis esse scrupulosam multisque dubiis stipatam; Lynceis ergo

ergò oculis ut inspiciatur, ac, quantum fieri potest, illustretur, necessum erit.

29. Vasa deferentia duplice significatu sumuntur. Interdum latius, interdum strictius. Strictè quidem obscuros tantum ductus & vasa, quæ seminis in testibus generati partem ad uterus deferunt ostendunt. Lato autem significato sumuntur 1. Pro præparantibus etiam vasibus, arteriis nimirum & venis spermaticis. 2. Pro his scil. vasibus deferentibus & Tuba uteri, quam ad vas asservatorium & ejaculatorium alii referunt. De utriusque nos breviter & distinctè differemus.

30. Vasa deferentia propriè dicta sunt saltem ductus exiles, qui à testibus derivantur vel ad fundum uteri transitu brevissimo, vel ad Tubas uteri, vasibus ramulis eisque tenuissimis, venarum lactearum & mulis per membranas disseminantur, ex vasibus spermaticis præparantibus oriuntur, illisque continuantur, sed hic obdiverfas actiones

usum ac nomen mutant, quia testes
transeunt & lambunt proximè.

31. Priorem in sola uteri latera, quæ
cornua alias dicuntur, inferi, jam du-
dum opinio fuit *Galeni* & aliorum
Anatomicorum, qui aliam insertionem
se reperire non potuisse, profitentur.
Fernelius verò & *eAndr. Laurentius*
alterum ex hoc ramulum invenérunt,
qui non infundum, ut prior, sed in cer-
vicem abit, adeò ut hujus vasis deferen-
tis pars una brevior, sed amplior in sui
lateris medium cornu inseratur, & ibi
in uteri capacitate semen qualecun-
que effundatur. Altera verò pars an-
gustior longior secundum uteri latera
feratur infra os ad cervicis initium. *Va-
rolius* hujus alterius partis etiam me-
minit, atque eam in iis, quæ non con-
ceperunt, adeò exiguam, ut non nisi à
perito Anatomico observetur, in gra-
vidis verò amplissimam esse. *Spigelius*,
cum invenire non potuerit, pro lusu
naturæ, habuit. *Veslingius* eam admis-
tit, quando adfundum & yaginam à te-
stibus

stibus materiam hanc seminalem deri-
vat. Cujus opinionem ex autopsia ipsa
quoque fovet Cl. Antonius Deusingius
inst. Anat. l. 1. c. 8. pag. 114. 115. cum
in foemina ab inferna testiculi utrius-
que extremitate enasci vasculum defe-
rens, durum, candidū, breve & gracile,
quod in uteri fundum propè tubæ in-
sertionem implantari, ac per quod a
quosum spermaticum humorē à te-
stibus ad uterus influere scribit. Ab
eodem propè testiculum produci quo-
que surculum gracillimum (quando-
que vero non comparentem) laterali-
ter uterus per reptantem, ad illius cer-
vicem excurrere testatur: per quem
aquosus ille humor seminalis in gravi-
dis excerni credatur. Vascula complu-
ra quoque alia statuit, instar tenuium,
venisque lacteis similiū meatuum.
per latum uteri ligamentum, ceu me-
senteriolum quoddam, sparsa, per quæ
idem aquoso lacti per similis liquor se-
minalis à testibus defertur ad uteri tu-
bas, ut perfectionem in hisce ultimam

C 4 assen

assequatur. Excell. Th. Bartholinus Anat. refores. l. I. c. 27. in hisce Spigelio accedit, quia hujus rami altera pars angustior & longior raro comparet. Semper quidem, inquit, ad uteri cervicem ramuli disseminantur, sed illi recto itinere à preparantibus veniunt, sanguinem potius quam semen deducentes. Cujus opinionis quoque Platerus Riolanus; & Casparus Bartholinus fuerunt.

32. Actio ergo & usus hujusmodi vasorum in eo consistit, ut materiam seminalem ad uteri Tubas perferant, ut ibi ulterius perficiatur, & ad futuros usus reservetur, partim quoque ad uteri fundum. Ubi verò ramus alter incervicem desinit, hâc quoque seminalem humiditatem emitti, ac non raro maiorem delectationem in coitu ob viæ longitudinem creari, necesse est.

33. Vas denique alterum deferens, quod antequam ejaculetur semen, assertare debet, vocatur TUBA, quam appellationem à similitudine Classici Organi desumptam Gabriel Fallopius

Anza.

Anatomicus alias in signis primum ipsi imposuit. Describit autem in *Anat. suis institut.* eam, q̄ iod sit meatus seminarius, gracilis & angustus admodum, oriatur nerveus: ac candidus à cornu ipsius uteri, cur nque parum recesserit ab eo latior sensim reddatur, capreoli modo crispet *sic*, donec veniat propè finem: tunc dicit missis capreolaribus rugis, atque valde latus redditus, finiat in extremum quoddam, quod membranousum carnem cumq; ob colorem rubrum videtur, extremitumque lacerum valde & attritum sit, veluti sunt pannorum attritorū fimbriae, & foramen amplum habeat, quod sem per clausum jacet, concidentibus finib; illis extremis, quæ tandem, si diligenter aperiantur ac dilatentur, Tubæ cujusdam æneæ extremitum, orificium exprimat.

34. Tubæ as hasce uteri nonnulli cornua dixerant; Et *Harvens Exerc. 65.* de gen. anim. Cornubus analogas eas censet. Verum alia est cornuum uteri ratio in brutis animalibus; ac in hu-

C 3 mano

mano genere cornuum nomine desiguantur pro tuberantia uteri laterales, quâ parte Tubæ inseruntur; ad latera enim fundi protuberantia utrinque est aliqua, ubi vasa defere ntia inseruntur.

35. Has Tubas quoque non planè ignotas veteribus fuisse, è Ruffo Anatomico antiquo c. 29. patet et, quando ait: *Herophilo non videtur formina, varicosas habere parastatas; in ouchis autem utero vidimus, è testibus utrinque enata vasa varicosa, queque perforantur in cavum uteri.* Ab his compressi mucosum quoddam humidum externebatur, eratque magna suspicio hoc esse, ex genere varicosorum, hoc verò quale sit, demonstrant abunde prosectiones.

36. Cum igitur, earum descriptio à Fallopiotradita nimis prolixa ac obscura sit, ideo Cl: Th. Bartholinus Anat. reform. l. 1. c. 27. distinctius exactiusque, absque multis quoque ambagiibus has delineat, quod Tubæ nimis ab uteri fundo nascentur unâ extremitate, nec proveniant alterâ extremitate ad se flectentes,

testes, aut aliam partem insignem. Ideoque hâc alterâ extremitate non sunt manifeste perviae, sed oclusæ & cœcæ, ut sint instar intestini cœci, & quasi uteri appendix, potest tamen oclusio illa fieri ex sententia Fallopij, quam pro sua venditat illo posterior *Riolanus*, à concidentibus fimbriis tubarum extremis, attrito panno similibus. Nos cum Cl. Deusingio ad huc clarius eas describimus, quod sint duo corpora teretia, fistulosa, ab uteri fundo, ejusdemque laterali regione, flexu recurvo protensa, ac testi inferius, intercedente ligamento uteri lato, cui & connectuntur, circumposita.

37. Numero duæ sunt, utrinque una. Sunt autem ex dimidio ferè testes ambiunt, sed ubique à testibus distant, dimidii ferè digitæ transversi spatio, nisi uterus imprimis male sit affectus, contrahuntur, & testibus proprius applicantur. Ordinariè alligantur tantū per tenuissimas membranas alis vespertilio

num non dissimiles, per quas meatus complures tenues, venisque ac arteriis cæteris similes disseminantur à testibus in hæc vasateretia ac fistulosa, Tubas dictas delati, semenque ex testibus transferentes.

38. Substantiæ sunt nervosâ, albâ, dentâ ac durâ. Cl. Drüsingius substantiam earum membranosa quidem concedit, verum rubicundam & quasi carneam, ex duabus membranis, utero quoque communibus, compositam, non excludit, Tubæ enim secundum Cl. Riolanum l. 2. anthropograph. c. 35. ejusdem sunt naturæ ac substantiæ cum utero: sunt itidem mediocriter carnosæ, habent eosdem vasorum sanguiferorum ramulos, eosdem nervos quoque, quos uterus obtinet; quod etiam ingeniosè admodum innuit Harvane in Exerc. de generat. animal. c. 64. quod constent Tubæ in damis & ceras ex tunica carnosa, ut intestina, venulis quibusdam gracillimis conspersa, & quod more anatomico in plures tunicas

nicas dispartiri, ac diversi fibrarum ductus, ad mot^o & actiones varias obeundas utiles, retentionē scil. & expulsionē possint observari, & quod cornua ista (Tubas intelligit) instar lumbricorum terrestrium sese in ventia conspexerit.

39. Figurā sunt tereti & cava. Cavitas ista interdum præter naturam ita dilatata fuit, ut molam contineret, quod *Marquardus in Empiric. præl.* refert: Imò ingentem aquæ copiam, quod infelix *Cathalina Bonevallia* hypropem in illis passa apud *Nic. Tulpium l.4. ob serv. medic. c. 44.* experta est; in ejus quippe Cadavere uterus vacuus fuit repertus; Tubæ autem utræque continuere circiter libras novem aquæ purisque innumeris vesicis inclusas. Imò aliquoties quoque fœtum, cuius exempla aliquot recitat *Riolanus*, nec non Fœtus *Mussipontanus*, & nova ista Fœtus in tuba concepti ex *Gallius* observatione satius id comprobant. Nec visæ sunt *Riolano* aliæ viæ, per quas semen virile potuerit intrare, quam anfra-

Et uos hi vasorum ductus. Sed in foemina viva semen masculum spiritibus foecundum facilè illuc per dilatatos ductus trahi poterat, qui ductus deinde concepto foetu, & Tubis distentis clausi, dissectoribus non patuerunt. Nunquam autem sine masculo semine ex matris solius genitura in Tubis contenta informis mola & foetus formari potest, qui grandior factus, clausis ductibus, matrem interficere possit. Fides si huic rei adhibenda inquit, Cl. Mæbius in fundam. Med. Physiolog. eandem quoque Paracelsi, Amati Lusitani & Salmuthij fabula merebuntur, quorum hic foetus in foenia ventriculo à semine maris assumptus; illi homunculum ex semine virili & menstruo sanguine, vitro, sinu equino sepulto, inclusis prognatum somniarunt.

40. In figura autem naturali principium, medium, & extremum possunt considerari. Insertio, seu principium, quo uteri fundo Tuba continuatur, est amplum, ubi & tubulum duriusculum
& nera

& nervosum repræsentat, ad medium ejus ferè extensum, cavum, per quem semen in uteri cavitatem excernitur.

Medium capax, quo ab utero remotius est, in vegetis corporibus capreolorum instar contortum invenitur, ac veluti in tres quatuorve cellulas discretum, semineque candido, crassiu, sculo, ac elaboratiore, ceu idoneâ fœtui constituendo materiâ refertum. *Finis* angustior est, licet aliqualem amplitudinem retineat. Ante finem tamen capreolorum instar intorquetur sicut in homine & brutis videre est. Extremitate verò ipsâ non clauditur, sed quasi concidentibus in se similiis, connivet.

41. *Ductus* igitur Tubarum, ut ex superiori paragrapgo perspeximus, non est rectius ubique, sed flexuosus, quia brevis via à testibus ad uterum; at voluptas non debebat esse brevis, quando semen in coitu confertim emititur à testibus in uteri cornua, seu protuberantias uteri laterales, quâ parte

te

te Tubæ inseruntur. Et quod in viris sunt vesiculæ seminales, semen manifestè asservantes & continentes, id in mulieribus, cum saepius coitum patientur, & semen emittant, esse possunt coeci hī meatus: dici enim ita possunt, quia annexi & circumpositi testibus sunt per ligamentum membranosum uteri latum, cœum mesenteriolum quoddam, ut per vasa ad se à testibus translata, tanquam per venas lacteas trahant coitum ab ipsis semen, & in se ad usus futuros recondant, emittantque, quando res postulat.

42. Venas & arterias à præparantibus vasis adipiscuntur in minutos rāmulos dispersas; Nervos ab iisdem, qui uteri fundum perreptant, ac ab ossis sacri nervorum paribus, atque à sexta cerebri conjugatione exoriuntur, quorum complures feruntur ad uteri collum & partes circa pudenda, ad majorem voluptatem in coitu percipiendam: nec non ad fundi partem inferiorem; unde consensus uteri & cerebri

bi magnus in eorum morbis observatur; ad fundi partem supremam verò pauciores feruntur nervi, iisque retis modo invicem implicantur. Canales aquosi & lymphæ ductus in iisdem quoque conspicuntur, qui hasce non tantum Tubas, verùm vicina quoque vasä spermatica, testes, aliasquæ partes, totumque simul uterum madore suo attenuant, ne exiccentur, refrigeratione, ne æstuant, & ariditate, utroque nomine, ne indurentur membranæ. Non verò solum hæc præstant, sed generationem quoque ex mulieris parte multum adjuvant. A testibus iteim, ut jam dictum, tenues, venisque lacteis similes meatus complures per latum uteri ligamentum, ceu mesenteriolum quoddam ad Tubas excurrunt, per quos pars seminalis succi liquidioris in easdem à testibus defertur, ut pleniorum in illis & coctionem & perfectionem subeat.

43. Usus quod spectat harum uteri Tubarum, præ ceteris uteri partibus cognoscendi obscuritatem maximam iste

præ

præ se fert, & rectè eum rimaturus,
Oedipo, mirè contortas contradicen-
tium tricas solvente opus habere vide-
tur. Primus harum Autor ac inventor
Fallopia in inst. *Anat.* re benè pensi-
culatâ, partim abjectam, partim nobil-
liorem provinciam iis assignat. Abje-
ctam nimirum, cum in iis fuligines ute-
ro ex halantes recipi, quasi caminarum
loco essent appositæ, censeat; nobilio-
rem autem idè esse, ut semen in iis ge-
neretur, cum semper quoque semen in
iis reperiatur.

44. Quod ergo primùm earum u-
sum attinet, caminorum vices gerere,
per quos uteri fuligines exhalent, sanè
hoc facile credi non potest. Fuligines
enim in utero materno accumulati con-
densantur potius, & in aquam resolutæ
ad tempus partus reservantur, vel per
insensiles poros ascendunt, vel per uteri
os exspirant, tamen in prægnantibus, quia
nunquam adeò arctè claudituros, ut su-
perfœctionum exempla testantur,
quam in non prægnantibus, nec quo-
modo

modo per anfractuosos ductus transire possint fuligines nullis spiritibus turgidæ, satis scio. Huic Fallopij opinioni adstipulari quoque videtur. Cl. *VVartorius Adenigraph.* c. 33. Qui observasse se refert in dilectione equæ gravidæ, Tubas Fallopianas pluribus valvulis toto earum ductu muniri, nequid seminalis materiæ per easdem versus uterum, aut in ejus cavitatem deferatur, verum e cavitate uteri in Tubas foramen stylum admittens, cerni in animalibus majoribus, nullâ valvula impeudente, eundemque stylum ad expansionem tubæ extremitatem pertransire, ibidemque in abdominis cavitatem exire, ac ideo Tubas quoq; has esse uteri vera spiracula; posse enim gestationis tempore exhalationes uteri per eas Tubas in abdominis cavitatem eructari existimat, quæ etiam causa esse possit, cur gravidæ tot symptomatibus ab utero affligantur. Sed quid ad uteri exhalationes hujusmodi respondendum, jam diximus. Deinde hic meritò ex *VVartorius*

thone qværimus: Si gestationis tempore exhalationes uteri per eas Tubas in abdominis cavitatem eructentur, quæ causæ esse possint, cur gravidæ tot symptomatis ab utero adfligantur? quare fœminæ non gravidæ ejusmodi æque symptomatis non corripiantur? quoniam in iis ob vias omnes patentiores nec fœtu obfessas melius ejusmodi exhalationes in abdomen descendere non nequeunt; sed nos per experientiam medicam habemus, quod non raro non gravidæ per pluribus vexentur morbis uterinis: è contra autem gravidæ tempore gestationis ab hujusmodi exhalationibus ac consequenter ab hisce morbis uterinis planè liberæ sint ac meliori fruantur valetudine. Quod enim fœminæ sèpius ejusmodi corripiantur uterinis affectionibus, causa saltem in T U B A uteri vel ex semine ibi per obstructionem detento ac corrupto, vel ex humoribus vitiosis corruptis ibidem ac-
cumu-

cumulatis latet. Quod verò *VVarthoni* illam de valulis intra Tubam, earumque habitudine, observationem spectat, cum illa nonnisi in uno subiecto equæ gravidæ fuerit instituta illa utique regulam certam constitueret non potest, præsertim cum & alias sæpius obstacula quædam præter naturam in ipsis Tubis oboriantur, velluti ex *Veslingii* Anatomia videce est. Insuper si darentur secundum *VVarthoni* opinionem valvulae in uteri Tubis innumeræ, quæ seminalis liquoris per easdem versus uterum aut ejus cavitatem fluxum impeditent, tum nulla seminis guttula ex testibus ad uterum deduci posset, nec etiam ad conceptionem aliquid conferret. Cl. autem *VVarthonus* expressè multis in locis *Adenograph.* sua cap. 33. semen muliebre in testibus confectionum per vasa sua ejaculatoria in uteri parietes deponi testatur. Verba ejus sunt: *Ex his dictis constat testes*

muli-

muliebres constructos esse, non tantum
ad semen proprium conficiendum,
sed recipiendam quoque sufficientem
portionem seminis virilis; quod cum suo
semine permixtum, placido lentoque
motu per vas a sua ejaculatoria deponant
in uteri parietes, ut ex eo formetur foetus.
Ergo meritò sibi ipsi contradicit.
Quod autem infert, duo genera vaso-
rum uterum &c testiculos respicientia
esse, ac alterum eorum semen foemi-
neum emittere ad uterum, alterum ve-
rum attrahere scmen virile assumptum
ab utero, secumque ad testes muliebres
per fibrillas nervosas à ductu Tubæ re-
flexas, ut ibi melius ad huc coquatur
ac cum foemineo exactius commiscea-
tur, deducere, ex altera parte minus
verisimile mihi videtur. Imò si detur,
primò deferri ad testes, ex inde tamen
necessè est, ut ad uterum demum per
vas ejaculatorium relabatur; alioquin
nullo modo cum semine foemineo a-
ptè comisceri atque uniri potest, aut o-
mninò pervenire ad genialem uteri lo-
cum,

cum, ubi primum conceptionis funda-
mentum jaciendum sit: Verum, tot
ambagibus per Tubas ad vas ejacula-
torium vel testes, indeque vicissim ad
uterum semen virile coitūs tempore
assumptum non opus habet; sufficit
ipso, ut per spirituositatem suam ad Tu-
bas uteri penetret, ibique magis coqua-
tur, ac cum foemineo semine conjun-
gatur, amicāque consociatione factā,
utrumq; ad uterus refluat, ut ex his
duobus simul mixtis formetur foetus.

45. Deinde Tubarum *Fallopio* pro-
vincia nobilior est, semen generare.
Hic forsan quispiam dicet, *Fallopium*
in hisce vasis semen admittere; in te-
sticulis verò foemineis negare semen
illud generari. Ejus enim verba sunt:
In observat. p. 421. Omnes Anatomici
uno ore asserunt, in *testibus fœminarum*
semen fieri, & quod semine referti repe-
riuntur, quod ego nunquam videre po-
tui, quamvis non levem operam, ut hoc
cognoscerem, adhibuerim. Respondeo,
doctissimum *Fallopium* inde decipi,
quod

quòd existimaverit nullum humorem
seminis nomine venire debere, qui non
erassitiem & substantiam seminis viri-
lis æmuletur. Aliter enim constat ex
sequentibus ejus verbis, reperiire in te-
sculis humorem aqueum & limpidum,
quem semen muliebre esse asseri-
mus. Ejus verba sunt: *Vidi quidem in*
ipsis (nempe testiculis) quasdam veluti
vesicas, aquâ vel humore aqueo, alias lu-
teo, alias vero limpido turgentes; sed
nunquam semen vidi, nisi in vasis ipsis
spermaticis vel delatoris vocatis. Intel-
ligit autem, ut arbitror per vasa sperma-
tica ductus tubarum; quippe in iis so-
lum testatur se, paulo pôst, semen re-
periisse. Quæro autem à Fallopio, cui
usvi aqueus & limpidus hic humor in
vesculis testiculorum fœmineorum
generetur, si seminis rationem nullo
modo habiturus sit? & an quodlibet
semen sit necessariò ejusdem spissitu-
dinis & corpulentiae? Videmus etiam
in vesculis seminalibus virorum, apro-
rum &c. humorem multò tenuiorem
magisque aquosum quam in testiculis
& pro

& prostatis eorundem animalium reperiri. Certum ergò est ad formam semenis, non perpetuò requiri eandem crassitatem; & æquum videtur, ut semen muliebre multò tenuius sit illo virorum, ut ipsæ illis frigidioris, humidioris, magisque aqueæ constitutionis sint. Quod verò demonstrat, testes fœminarum efficaciter ad prolis generationem concurrere, est castratio fœmellarum, cuiusvis generis, quæ ex eo tempore steriles planè evadunt. Concludendum igitur est, testiculos mulierum generate semen, & ejusdem habere vasa ejaculatoria.

46. *Higmorus in Disquisit. suis Anat.* suum de harum usu suspendit iudicium. Tuba ista, ait, ab ortu suo cavae sunt, usque ad finem, ubi clauduntur & cœci sunt, adeoque ut uteri appendices potius esse, quam aliquomodo testibus officium aliquod præstare videantur; licet Bartholinus illas pro vasis deferentibus describat, quamvis nullam cum testibus habere communionem ipse fateatur.

De

Dicillarum usu multum silent Anatomie, neque certi aliquid, quod addam habeo; ne fictis itaque posteritati imponere viderer, sileam & ipse.

47. Harvæus de generat. animal. Exerc. 65. suam quoque de hisce Tubis proponit sententiam. In muliere, ait, quæ Tuba propè cervicis uteri exortum in cavitatem ejus perforata non habentur, vulgo cornibus analogæ; sed à nonnullis Anatomicis vasa spermatica, ab aliis spiramenta uteri ab aliis vasa semen deferentia ac reservantia censentur, tanquam essent de genere vesicularum seminalium; Cum tamen reverâ cornibus uteri caterorum animalium proportione respondeant, ut liquido pari et ex situ, connexione, amplitudine, perforatione, similitudine, atq; etiam officio; quemadmodum enim alia animalia semper in cornibus, concipiunt; ita aliquando etiā mulier reporta est, qua fœtum in cornu sive Tuba illa gereret; ut doctissimus Riolanus ab aliis observatum meminit, & nos etiam proprio oculis confeximus.

48. Ans

48. Antonida von der Linden in Medicin. Physiolog. ait: in Tubis his five cornubus, quia semper in iusta etatis fæminis candidus ac semini simillimus humor reperiatur, merito respondere vasis virorum semen afferantibus, ipse tam de vero usu dubius est: facile enim addit cuique aestimatu ex convenientiavel in convenientia cum parti quibusbuscunq; virilibus quid faciant?

49. Cl. Th. V Varthonus Adenograph. c. 33. veri simile habet has uteri Tubas imbibere in coitu sufficientem portionem seminis virilis. In cavitate enim uteri post coitum prolificum per aliquot dies nihil seminis reperiri cum Harvao afferit. Cum vero foemina, inquit, in coitu materiam seminalis evidenter excipiant, neque eandem, si medo foecunda fiant, denuo rejiciant (quod sententia Galeni congruit, at ipsi Harvao ad versum videtur,) necesse est eam vel in uteri tunicas, vel in aliquae ius vasa recedere: Quoniam igitur duo genera vasorum uterum & testiculos re-

spic.

spiciunt, probabile est, alterum eorum
semen emittere (ad uterum) alterum et
trahere (ab utero): Et enim testatur
Fallopium, inquit, se sepius in his meatibus
semen exquisitissimum reperiisse, aliis fido
dignis spectatoribus presentibus quoque.
Queso igitur, unde hoc semen? patet ex
discursu Fallopij, ut & ipso sensuum te-
stimonio, nullam istiusmodi materiam
in testiculis mulierum contineri; quare
necessse est, ab alia origene deducamus,
quam tamen in corpore muliebri nullib[us]
reperire est, at necessse sit confugere ad
semen virile tempore coitus assumptum.
Sed quo fertur semen sic assumptum?
forte per fibrillas nervosas à ductu Tuba
reflexas ad exteriorem testiculi extremi-
tatem. Hæ enim fibrilla mihi videntur
quodammodo representare capillares il-
los meatus, qui à ductu nerveo testim-
virilium prodeuntes, epi didymidis du-
ctum constituant. Sed quid de semine
ad hunc testiculi apicem producto? in-
quid porro. Inde forte quanquam sen-
sus & lento motu, ad vas ejaculatorium
derizan-

derivatur. Imò videtur, primò deferri
ad testes, exinde tamen necesse est, ut ad
uterum demum per vas ejaculatorium
relabatur, aliquan nullo modo cum se-
mine fōmineo aptè commisceri atque
uniri potest, aut omnino pervenire ad
gentalem uteri locum, ubi primum con-
ceptionis fundamentum faciendum sit.
Verū nos, cùm hæc VVariboni opi-
nio ob certas rationes nullis nititur
fundamentis, illas seminis virilis coi-
tus tempore assumpti ambages per
Tubas ad vas ejaculatorium vel testes,
indeq; vicissim ad uterum rejicimus,
aliasque postea rationes, quare posse
coitum prolificum in uteri cavitate ni-
bil seminis deprehendatur, sumus ad-
ducturi. Quod verò attinet uteri Tu-
bas, circa eas hactenus sequimur rece-
ptiorem Anatomicorum sententiam,
scil. per illas potiorem seminis mulie-
bris fœundi paitem ad uterum con-
fluere, quæ nimirum à testibus perte-
nues venisque lacteis similes meatu-
(ut loquitur Veslingius) ad ipsas Tuba-

D

fera.

feratur; ac perfectionem in iis ultimam
(quâ nempe semen exquisitissimum,
ut loquitur *VVarthonus* euadat) con-
sequatur. Quod ipsum innuere *Varo-*
tim videtur, quando à testibus pluri-
ma exire vascula ait, per membranam
quandam, velut Mesenteriolum (ni-
mirum per ligamenta uteri lata) distri-
buta, quæ in aliud vas deferens dictum
(Tubam nimirum) desinunt, quod in
supremam uteri partem implantatur,
& cavum ingreditur. Et Cl. *Deusingius*
à testibus per tenues venisque cæteris
similes meatus succi liquidioris partes
seminales ad Tubas has deferri voluit,
ut pleniorum in illis concoctionem &
perfectionem consequantur; dupli-
cem enim, ut jam dictum, seminalem
humorem sceminis in esse statuit, alte-
rum aquosiorem, qui per vasculum de-
ferens delatus, partes uteri laxare, &
alimenti vicem ex parte præstare fœtuī
censeri possit; alterum verò corpulen-
tiorem ac elaboratiorem, qui ad con-
ceptum constituendum concurrat.

50. U.

50. Usum ergo harum Tubarum verum ducimus, semen ex testibus per cœcas vias vasorum in membrana dispersorum attrahere, deinde attractum perficere morâ aliquâ in capreolis & cellulis, testium irradiatione, ut ad scutum formandum sit accommodatius, denique deferre ad uterum, præsertim in congressu per tubulos cornubus uteri implantatos, ut semini virili sive in uteri cavitate, sive in cervice ad conceptionem occurrat. Non planè interim etiam negamus, sed pro veri simili potius habemus, certè in Tubis quoque uteri semen Masculum quotidie recipi, ibique fœmineo conjungi, ac præparari, unde fit, ut primo mense in utero ex observat: *Harvei ac VVarthoni* nihil in uteri cavitate compareat, cum reverâ ad conceptionem concurrat, nec proorsus statim evanescat in auras, sed ad tempus ibi delitescat, ut cum fœmineo exactius, misceatur uniatunque,

D 2 51. Quæ

51. Quæreret forsan hic quispiam,
unde liquor ille seminalis, quem in u-
teri ligamentis teretibus nonnunquam
deprehendunt Anatomici, forsan Tu-
bæ uteri istum quoque suppiditabunt?
Nos respondemus, ex Tubis uteri nul-
las ipsis dari vias, per quas eum reci-
pere possent, sed ex uteri cavitate per
cœcos potius ductus vel etiam poros
ad talia ligamenta deferri consentane-
um esse. Sunt enim hujusmodi liga-
menta non simplicia, sed concava po-
tius, & è duplice membrana, non secus
atque uterus ipse, componuntur, imò
per ea non humiditates solum semina-
les, sed alia quoque in utero coacer-
vata excrementa in inguinis glandulas
nonnunquam deferriluspicatur *Riolan-*
us, ac cum eo *Veslingius Syntag. Anat.*
c. 7, qui prior verò *Riolanus* ibi bubo-
nes venereo excitatos invenit. Et *Spi-*
gelius in scœmina à nimio coitu mortua
hæc ligamenta utero vicina semine
plena observavit. Unde suspicamur,
ligamenta hæc recepta scœniali humi-
ditate

ditate humectare partes gravidarum vicinas, ut facilius omnia extendi possint & laxari; in virginibus & sterilibus ligamenta tantum sunt, & humor uterum ab æstuante calore defendunt.

52. Tandem non negandum, in hisce uteri Tubis, cum anfractuose ac flexuose nimis sint, eorumque ductus cœci admodum, semine per obstruktionem intus detento ac corrupto, variorum morborum muliebrium, suffocationis imprimis uterinæ, causas latere. In his enim potissimum materia inaligna, quæ teturum venatumque exhalat vaporem, residet. Nec in hisce solum, sed testibus quoque nonnunquam iste anguis latere potest. Laxa siquidem & fistulosa est Tuba- rum substantia, ac testiculi muliebreæ è vesiculis quasi simul conglobatis contexti sunt, habentque , ut vesalius d. corp. human. Fabr. l. 5. c. 15. scribit mulie- rum testes intus, præter vasa, sinus quosdam tenui aquæoque humore ple-

D 3 nos,

nos, qui in sanis velut crassi usculum laetis serum, albus est; in ægris vero & hystericae affectioni obnoxiiis mirè luteus croceusque, & paulò erassior; id quod observavit in nobili quadam puella, uteri strangulatu laborante, in qua testem unum ad pugni & pilæ masculæ magnitudinem, croceo humore gravissimè olente, & venenosam qualitatem præ se ferente, refertum invenit, qui que conterminas sedes non secus tinxit, quam alias colon intestinum, quam sub jecore fertur, à bilis vesicula luteum reddi cernimus. Et refert Cl. Riolanus *Anthropogr.* l. 2. c. 34. se in virginibus hystericis deprehendisse testes pugno grandiores, seroso humor turgentes, quin etiam Tubam uteri amplificatam, & valde dilatatam. Confer primis: d. *morb. mulier.* l. 3. c. II. Atque hæc ipsa proculdubio uteri Tuba cum testibus est, quam *Fernelius* & alii quidam Medicis tam pro utero se deprehendisse scribunt, quamque mulieres Medicis tan-

gen-

gendam pro utero monstrare solent;
Et si enim globus quasi quidem inven-
tre inferiore percipiatur, tamen is non
uterus est, sed testes & Tuba uteri.
Etenim cum testes pendulisint & Tu-
ba uteri laxa ac mobilis semineque
corrupto, humoribus vitiiosis ac flati-
bus turgant, facile ab ejusmodi semi-
nis corrupti vaporibus inclusis ad um-
bilicum elevantur, & ascendentis se-
ptum transversum violante ac respi-
rationem laedunt, quicquid etiam nobis
Hignorus Exerc. de Passion. Hysterie.
c. 2. contradicit.

EXERCITATIONIS ANATOMICA
SECTIO SECUNDA

Humani Foetus extra uteri cavita-
tem in Tuba ejus conceptionis cer-
titudinem proponens.

§. I

Sicut nihil frustra in universa cor-
poris humani structura à summo &
admirando rerū omnium creatore est

D 4 factum,

factum, singulæque partes suum obti-
nent officium, ac pro eorum dominatu
operationes præstant non ignobiles;
ita uterū quoque eleganti suā structu-
rā dotatus non frustra mulieribus con-
cessus est. Non enim solum ad indivi-
dui sanitatem confert, tanquam totius
corporis emunctorium, sed ad speciei
quoque conservationem summè ne-
cessarius est. Actio ergò id & usus uteri
erit, recipere & retinere semen mulie-
bre a testibus expulsum, & virile à pene
injectum. Hoc utrumque inquam se-
men in fundum immittitur, retinetur,
conservatur, & sovetur, unde conce-
ptus. Est enim matrix instar horti vel
agri semen excipientis, conservan-
tis, & alimento suppeditantis: Ideo-
que *Aristoteli* naturæ campus voca-
tur. Nam & uterus ager est gene-
rationis, locus vel materia in qua, sup-
peditan simul animentum, succum-
nempe nutritum à matre affluentem,
imò etiam materiam ex qua, semen ni-
mirum muliebre, spirituosa verò se-
minis.

minis tām virilis quām fœminei substantia est architectus, qui opus absolvit, Utriusque autem semen debet esse fœcundum, virtute plasticā à toto deciduum, & aptè constitutum ad formam animatam suscipiendam, quorum conjunctorum seminum calori interno calor uteri externus se jungit, & virtute singulari vim illam insitam & plasticam suscitat ad opus suum perficendum, modo nobis non satis cognito.

2. Non autem quælibet uteri pars est locus generationis, sed fundus solum ejus seu cavitas, quæ utero mulierei unica saltem est, nullis cellulis discreta, solâ lineâ seu futurâ, intus obscurè prominente, ac per longitudinem exorrectâ, in dextram & sinistram partem divisa: pusilla autem eadem est in non gravidis, ut vix fabam majuscum capiat; in qua tamen Deus opifex humani corporis structuram ex semine fœcundo per insitam naturam orditur & absolvit. Interna hujus fundi seu cavitatis superficies levis est, atque in non

DE CONCEPTIONE

prægnantibus plerumque viscido quo-
dam & sub albo muco illita; multis
donata porositatibus, eeu vasorum
quorundam lacteorum extremitatibus,
quaæ in prægnantibus hiantes, Cotyli-
dones seu acetabula vulgo dicta patu-
lo ore referunt, mucilaginosum &
al-
bicantem succum continent, cumq;
in plerorumque brutorum generibus
in carunculas adnatas, vel in muliere
in placentam uterinam transmitten-
tes, intus verò lacteo succo copioso re-
fertæ. In haec inquam rotunda cavitate
humani fœtus ordinario naturæ modo
concipiuntur: canum siquidem & alio-
rum brutorum matrices ab hac rotun-
ditate discrepant, & bicornes aut alte-
rius formæ sunt similes. Unde in bru-
tis communiter bipartitus est uterus,
& cornua dicuntur bina, binæ istæ in
brutorum utero partes licet cornuum
forma non in omnibus brutis conspi-
ciatur, sed in vaccis cervis, ovibus, ca-
pris. Atqui ita communi gentium suf-
fragio hastenus statutum fuit, uteri
humæ

humani fundum, seu rotundam illam cavitatem, non tantum esse genuinam verum etiam unicam conceptionis sedem, quia in modo extra illam nullam dari Embryonis formationem.

3. In utero quippe omnia statim adsunt, quae ad conceptionem requiruntur veram. Suppeditat primò per arterias alimentum, succum nimis nutritum à matre affluentem; deinde materiam quoque ex qua subministrat, semen nempe muliebre; semen enim virile sine muliebri nihil efficit, utrumque simul mixtum principium & formale & materiale existit, ita ut spirituosa utriusque seminis substantia sit architectus, qui opus absolvit, ex reliqua vero residua, prima partium rudimenta & filamenta tanquam stamina constituantur; & demum calorem quoque uberiorem largitur, quateous utriusque seminis miscelæ calor in interno calor uteri externus se jungit, & virtute singolari vim illam insitam & plasticam excitat ad opus suum perficien-

ciendum. Sicut quoque talem ob-
tinuit uterus, ut semen virile aptè recipere,
ac post conceptionem distendi-
pro foetus magnitudine possit, & com-
modè etiam excludi infans

4. Licet igitur ad communem ge-
nerationis normam uterus sit necessa-
rius, tamen & illius vices alia quoque
partes possunt supplere, quæ vel cavita-
te idoneâ, vel sufficiente calore præditæ
sunt. Uterus ordinariâ naturæ lege huic
officio destinatur ob commoditatem
& seminis recipiendi & foetus nutrien-
di, & excludendi, non quod aliis parti-
bus vis ea denegetur, si tam commodo
essent loco sitæ. Uterus præter calorem
foventem, & locum aptum ad genera-
tionem nihil consert, quamquam *Fab.*
Pacius & *Harvans* virtutem confor-
matricem utero adscribant, eamque se-
mini denegant, sed minus recte; vide-
mus enim 1. Ova excludi gallinæ incu-
batu vel alterius avis, in lecto, in forna-
cibus artificiosis Ægypti, Hetruriæ &
Daniz, & semina in tabulatis germi-

nasc.

bare nullius uteri auxilio; & sic 2. cito-
tius quoque conformarentur externa
membra quam interna; tum 3. ad con-
formationem foetus pater nihil con-
ferret & tandem 4. nulla dari posset
causa similitudinis in foetu, modo cum
patre, modo cum matre. Verum sicut
nec ovitesta ad pulli conformatiōnem,
ita nec uterus præter calorem extēnū
foventem, & locum idoneum, nihil ad
foetus generationem confert. Semini
vis formatrix inest, quæ extēnō quo-
eunque calore adjuvanda est, & com-
modo munienda receptaculo. Carthe-
siani, inter quos *Regius fundam.* Phys.
c. 10. solo calore uteri, seminis parti-
culas agitari, ac ob suas figurās nece-
sariò in germe animalis abire cre-
dunt, eo modo, quo ex ob longis salis
particulis in aqua vi caloris agitatis &
inter se conjunctis, vel ex particulis
vaporum è cellis tempore gelido in ea-
rum januas vorticoso motu variè im-
pingentibus, variæ salium stirpiumque
imagines efformantur. Ex hoc deinde

gctg

germine totam formationem foetus
citram ullum animae vel alterius corpo-
reæ facultatis intellectum hanc diri-
gentem paulatim ita perfici volunt, ut
in officinis vitriariorum post rudem vi-
treæ bullæ incisionem chirotecas,
ocreas, & alia ab ignaris conflari; &
in quibusdam fontibus propter poro-
rum in tubulis figuræ, variæ imagines,
vi erumpentium aquarum produci vi-
demus. Elegans sanè conceptionis in
utero & formationis modus, si veritati
conveniret. Nemo hinc naturam artifi-
cium satis assequitur. Mechanicè autem
in corpore omnia ruditer fieri, nedum
naturam artificius speculanti persuasum
est, qui nobiliora semper sibi de natura
promisit. Ens homo esset per accidens,
eiusque conformatio prima modo eva-
deret fortuita. Figuræ rerum nomi-
natarum ex accidendi eveniunt & con-
tingenter, variantque in singulis; no-
bilissimi autem hominis conformatio
divina semper est eadem, eodemque
modo per se contingit. Et quomodo
sine

sine anima istud germen formari pos-
sit, quod in manibus nostris situm non
est, non facile quilibet capit. Vitrum
quidem materiæ inanimis diductione
conflatur; & sicut hic manus artificis
& flatus requiritur externus, igne adju-
vante; ita in fœtu animato vis plasti-
ca interna animati seminis cum calo-
re uterū seminisque se jungit. Nec
apparens quoque est fœtus formatio,
ut aquarum artificiose imagines, sed
vera, constans & semper permanens.

5. Alius igitur locus quicunque ca-
pax, & calore tepens ad fœtus confor-
mationem aptus esse potest, quanquam
non ad exclusionem, unde ita ordinaria
naturæ voluntate statutum est, ut eo ple-
rumque loco concipiatur fœtus, quo
commodè non solum conformatur, sed
& excluditur. Certè si penitus natu-
ram inspiciamus, omnes particulæ cor-
poris nostri in se habent generationis
principium & locum, & in se generant
quotidie, ut merito olim quis dubita-
yterit?

verit, idemne esset adultus, qui puer fuerat.

6. Nostram hinc opinionem, quā extra uterum fieri conceptionem & foetus formationem statuimus, non parum illustrat Embryo ille humanus in ventriculo mulieris natus, & vomitus ejectus, cuius meminit *Salmuthus cent. 3. obs. 24.* quod scil. ex nefando & igne expiando congressu juvencula foemina per os infantem enixa sit, sine dubio in ventriculo conceptum & efformatum, sed quia diu moram ibi trahere non potuit, ob ventriculi motum & assumptorum impedimenta, digitii longitudinem non excessit infans, sed bene omnibus membris externis & internis conformatus, maximis doloribus summoq; vitae periculo partus fuit. Hujus quidem historiæ veritatem impugnat Do&iss. Lud. Keplerus in dissert. sua de Basilica. Sed testatur *Salmuthus ex literis Joann. Komeleri in Consulis illius civitatis, ubi haec acta, etibus tum degentis, ut oculati & fide digni*

digni testis, ad *Gothofred. Hoffmannum*
 affinem & compatrem suum datis, hæc
 descripsisse. Pro nutritione & augmen-
 to exili vasa ventriculi sufficiebant, vel
 ipse vicinus Chylus, tenuis, acrecens
 confectus.

7. Nec novum est in vetriculo, quan-
 quam continuo assumtorum motu ab-
 luatur, pisces tamen, serpentes, ranas,
 ostentaque planè miraculosa interdum
 generari, femine, ovisque eorum, vel
 iis adhuc parvis cum aqua deglutitis;
 imò & Apostemata, tumores, calculos
 coacervari, suisque pelliculis includi.
 Sic uxor Domini *Parafols* Nobilis A-
 quitani, referente *Petr. Borello cent. I.*
obs. 9. Medicophys. diuturno stomachi
 dolore detenta, nullis remediis un-
 quam levari potuit, tandem vomitu
 provocato piseem vivum sex dígitos
 longum evomuit. Cujus casum non
 aliam causam agnosco, nisi quod piscis
 semen aut parvulum piseem cum aqua
 horis nocturnis degluterit, & sic in
 stomacho piscis incrementū acceperit.

Sic.

Sic præteritâ æstate Rusticus vilioris conditionis sub ditione Bremensi erat, qui serpentes, aliaq; animalcula scorpionibus non absimilia summo cum præcordiorum cruciatu ac virium debilitate pervomitum continuò rejiciebat. Anno 1666, in mense, nî fallo, Augusti, Opifex quidam in pago nomine Riesum, in Frisia Orientali non procul ab urbe Embda habitans, qui per unum atq; alterum annum quæstus gratiâ Grönlandiam ad capiendos cestos unâ cum symmystis suis se contulerat, atrocissimis cum tumore fatis manifesto adjuncto in Epigastrio corripiebatur doloribus, & quamvis multa à Medicis, ac à me quoq; ad dolorem sedandum ac tumorem discutiendum adhibuisse remedia, nihil autem levaminis inde sentiret, præ dolore immanissimo tandem moriebatur. Aperto à Chirurgo ejus loci cadavere, fœtus monstrosus figurâ externa cani marino planè similis ac multis pilis refertus in ventriculo ejus, & quidem lateri ipsius fundi firmiter

miter ac nimis arcte ad natus repertus
est, quæ ipse novitatis avidus, cum tunc
temporis Embdæ praxin exercerem, ac
antea hominem istum miserrimum sub-
cura mea habuisse, vidi, ac ejusmodi
ostentum naturæ rarissimum notare
volui. Excell. Thom. Bartholinus cent.
§; Epist Med. 4. & dissert. de insol. part.
viis cap. II. fratrem suum amantissi-
mum. M. Albert. Bartholinum scribit,
non ita pridem sibi narrasse de sele
quadam, quæ in prædio Arcis Regiae
Fridericiburgeus suis foetus evo-
muerit, summâ adstantium, admiratio-
ne, qui sancte affirmârunt, selem ni-
hil prius devorasse, nec allâ viâ reje-
cisse. Item Cent. 2. Histor. Anatomi.
16. Xiphiam pisces duos foetus nu-
per formatos in recto intestino con-
tinuisse refert, nec alium uterum inve-
nire potuit, quam intestinum, quod ali-
is intestinis fuit continuum. In intesti-
nis ova concipi & exinde excludi, extra
dubium est, si quidem vera sunt, quæ
do

de oris galli multorum experientiâ & fide referuntur. Sic tophi quoq; cor-
tice duro sed substantiâ pilosâ inani-
malibus conflantur, & diu in ventri-
culo assestantur, de quorum genera-
tione eruditè scripsit, in *Ægagropilis*
Georg. Hier. Velschius. Ex bovino ven-
triculo tophum mali granati magnitu-
dine possidet *Cl. Bartholinus.* Item in
Islandici arietis ventriculo 50. hujus-
modi reperti, ovo columbino æquales,
quorum aliquot, in pinacotheca sua
servat Idem *Bartholinus.* Folliculos
quoque vermium ibidem observavit
in bobus porcis &c. Nec absimilia in
homine notata *Quercetano Hermeto.*
Med. c. 5. f. 7. fac. Craftio ad Hildan. cent.
2. obs. Chir. 71. panarolo cent. 1. obs. 41 Nic.
Florentinus serm. 5. tr. 4. c. 53. & Gentilis
comm. in Avicenn. l. 4. sen. 1. tr. 4. c. de
febr. sextan. Calculos in ventriculo ge-
neratos observârunt. Calculos plures
quam 30, fundo ventriculi pertinaci-
sime adhærentes extraxit Job. Bilgerus
in Epist. ad Cl. Horstium s. 2. p. 457. Et
Cl. Bar.

Cl. Bartholinus silices & benè multos & satis grandes ex ventriculo agni exemptos habet. Igitur alienas res sibi concreditas & vēntriculus custodit, & vel suis tunīcis claudit, vel propria eu- jusque rei membranā involvit. Tophia seu pilorum fasciculis crustam duram obducit. Cur semen & que hic atque in utero non exstrueret sibi domicilium seu secundas membranas.

8. Nee in ventriculo solum, sed in aliis quoque partibus utero continuis, ut ejus collo & Tuba conceptiones fieri queunt. In collo uteri idem perfici, illæ superfœtationes videntur demonstrare, quando partus conceptionis prius excluditur, ut majori in utero locus detur exituro. Super fœtatio au- tem ista, sive in utero, sive extra, ab u- teri continui virtute dependet.

9. In Tubis autem uteri, ut ad rem proprius devolvar ipsam, Fœtum concipi ac contineri tam certum quam cer- tissimum est, multisque experientiis comprobatum. Quorum factuum ex

Tu-

Tubis uteri ex fœtorum quatuor re-
censet exempla *Riolanus Anthropolog.*
I. 2. c. 34. Extra hunc quoque uterum
in vasis nempe spermaticis juxta fundum
(Tubam intellige) molam geni-
cam vidit *Marquardus in Emp:*
præct. Cujus rei veritatem non minus
quoque illustrat ac confirmat fœtus
Mussipontanus, extra uterum in Tuba
conceptus, cuius meminit *Cl. Th. Bar-*
tholinus cent. 6. Histor. Anat. 92. cento
3. Epist. medic. 4. Dissert. nov. d. insol.
part. viii. c. X. Quibus tandem nunc
omnibus Excell: *Elsholtij* Medici E-
lectoralis Brandenburgici Celeberrimi-
nova ex Gallis accedit observatio,
cæteras ante se tūm magnopere illu-
strans, tūm evidentiā longè superans,
ob cujus Evidentiam ac fulgorem scri-
bendi hanc Exercitationem quoque
ansam arripui, ac VIRO tanto inscri-
bere volui.

10. Excell. ille *Elsholtius* in Epist.
magno Chattorum Machaoni Dn.
Huxholzio inscripta meminit Excell.
Virum

Virum *Huxholzium* Berolini, cum ibi
cum Serenissima Aula Hassiaca profe-
ctus esset, literas quas ipse inspicerat,
elapso mense Nov. anni superioris ac-
cepisse ab Amico, Lutetiae Parisiorum
nunc commorante, quibus is retulit, in
aperto cadavere fœminæ, Parisinæ in-
ventum fuisse duplicem uterum, adden-
do etiam programma Gallicum typis
impressum, atque Iconem æri incisam
cum lemmate hoc: *Demonstration d'
une double matrice.*

II. Argumentum autem program-
matis Gallicani, omissis cæteris verbo-
rum ambagibus Latinè sic sonuit: *Bene-
dictus Vassalius Chirurgus Parisensis a-
peruit d. VI. Januarij anni currentie
1669. Cadaver mulieris, triginta duos
annos natae, temperamento sanguineo, &
habitu corporis satis masculo prædita.
Reperta fuere due matrices singulare
connexione, à natura tam bene disposita,
ut vera undecies iam concepisset, septem
nimis una & quatuor filias, justo omnes
tempore, & debitæ compositionis. Atq[ue]
babebant fraterculum Embryonem,*

6013

conceptum in Aduitorio sive administrando genuini uteri, & quidem in loco ad distensionem tam incepto, ut fetus grandescens decem septimanas funestis symptomatis matrem exagitaret: tandem trium aut quatuor mensum factus fœtus, carcere effracto tumulum sibi ipso in ipsa matre paravit, excitando ingens sanguinis profluvium in universam abdominis cavitatem: id quod tribus ultimis diebus vehementissimi motu convulsu, & denique mors subsecuta fuit.

12. Verum, quod Demonstracionem hanc *Dn. B. Vassali* spectat, meritò ipsi tribuenda est gratia, quod casum istum alias rarissimum posteritati Medicæ communicare, ac ceteros quoque Eruditorum animos ad id genus plures observationes notandas excitare voluerit. In eam autem opinionem cum *Excell. Elsholtio* deduci quoque non possum, ut credam, sc̄eminam illam gravidam Parisiensem gemino præditam fuisse utero; cum nullibi, licet omnia Anatomicorum voluntina per-

perscrutemur, duplicitis uteri fiat mentio: testantur quidem aliás Anatomicorum obseruationes, corporis humani partes quasdam sub duplīci numero fuisse inventas. Sic monstrum biceps describit *Petrus Borellus cent. 2. Medicophysic. obs. 76.* Nasum duplichem cent. 3. obs. 43. Et *Isaac. Catierius obs. Medic. XX.* infantis cuiusdam monstroæ cum duplīci vesica urinaria, recto intestino, atque utero extra locum naturalem sitis historiam referit. Membrum quoq; Gentale in foetu illo monstroso Marpurgensi fuisse duplex, scribit Excell. *Majus in Disp. d. Faeti Monstros. lib. 2.* In Norwégia, referente *Cl. Thom. Bartholinæ cent. 1. Histor. Anat. 67.* Visus est latro, qui per nas scelerum lucbat cum exenteraretur à Carnifice, cor habuisse singularis figuræ, mucrone non acuto, ut fieri solet, sed bifido, ut distincti ventriculi manifestius externâ facie apparuerint, dexter nempe & sinister interjecto hiatu. *Riolanus* in homine bis duplichem observavit ventriculum continuatum, sed ore angusto intercisum. Idem in foemina *Wittebergensi Sperlingius* vidit. Lienem interdum quoq; licet raro, dupli-

cem observarunt Aristote.l. 4. de gen. anim. c.
4. & posthiu. Monspelii, & Romæ panorolue.
Quendam aliquando Bononiæ disseatum
duplicem penem habuisse, scribit Cl. Bartholomæus Anat. reform. l. I. c. 24. Quod & in
prodigiis narrat Obsequens. Duplici natu-
ra, inventam mulierem in prodigiis refert
quidem jam citatus obsequens: nec dissimi-
lia exempla recitat Licetus d. monstr. verum
externè tantum in predictis natura mulie-
bris ferè duplicata apparuit. Sic, ut refert
Cl. Barthol. cent. 3. Epist. Med. 2. Mulier ho-
nesta Hafniensis, nullis monstris adnume-
randa, externo sexus sui discrimine nihil à
reliquis differens, à primo naturali die du-
plicē vaginali uteri dupli orificio patente
habuit, quarū una angustior, latior altera
fuit. Rarissimè etiam bi partitur uteri fun-
dus, sicut in brutis, qualem in quibusdam
observarunt Riolanus, Sylvius, & ante hos
Obsequens. An talis sit illarum, quæ gemi-
nos pluresque fœtus enituntur, dubitan-
dum meritò. Duplex membrana involvens
fœtum duplicis uteri loco est. Non igitur
familiis gentilium, aut ex dupli utero,
quod semini imputandum. Negue in du-
plici

pliciutero concipi, placenta uterina convincit, quæ sola multis foetibus sufficit sed totidem fūniculos sustinens divisis locis, quot Embryones, ut in historia simili depinxit *Beslerus*.

13. Ast, si cum distinctione ac latissimè vocabulum uteri accipere velimus, pro quaunque scilicet capsula foetum includente & complectente, meritò tunc locum Dn. *B. Puffalio* cedere possumus. Quotus quisque enim Embryonis hujus communicalam ex Icone æri incisa appetam attentius intueatur, dextram uteri genuini Tubam dilatatam, veram & genuinam hujus conceptionis sive foetus sedem, non autem, accuratè & proprie loquendo, uterum verum fuisse, confitebitur.

14. Si ergo conceptio fieri possit in Tubis uteri, quomodo semen virile ad loca ista pervenire queat, adhuc disquirendum erit. Nos cum *Riolano* Anatomico alias insigni, semen virile existimamus spirituositatis ac fermentationis suæ adminiculo per anfractuosos vasorum ductus Tubam intrare; *Vesalio* enim l. 5. *Fabric. Hum. corp. c. 15.* tenuor est uteri tunica, quâ in cornua sua

definit. Certè in Tubis uteri semen masculum quotidiè recipi, ibique præparari, eum semine fœmineo à testibus earum delato commisceri atque uniri, & ad uterum demum tanquam genialem locum relabi, ut ex eo formetur foetus, mihi verissime est. Unde fit ut primo mense in utero ex observ. *Harvæi*, nihil compareat. Namque scribit *Exercit. 67. d.gen.animal.* in uteri cavitate nec sperma maris ne aliud quicquam ad conceptum invenire unquam se potuisse, quamvis mares damarum ac cervarum quotidiè coitum celebrarent, ipseq; fœmellas quām plurimas dissecaret. *Et exorc. 68.* in canibus, cuniculis, aliisq; pluribus animalibus expertus est, nihil proorsus in utero, post coitum per aliquod dierum spatum reperiri. Si ergò in Tubas post coitum deducatur semen, quid mirum, quod in cervis & damis, canibus & cuniculis *Harvæus* primo mense vacuam uteri cavitatem reperiatur.

15. Anton. *Densingerius* dissert. *d. generat.* *Fœtus in utero part. I. f. 2. §. 63.* hypothesis in *Harvæi*, quod scil. à coitu in utero nihil illicè sensibile reperiatur, servat sed aliam

ac

ac plane diversa de eo fovet opinionem; sentit enim genituram maris genitalibus foeminarum partibus ritè adspergi, ex utero vero per circuitum in universum rapi, & dispositio nem suam naturam toti corpori induci. Verba ejus sunt: *In utero primum se exerens illa spirituosa seminis virilis substantia, mox inde cum sanguinis circuitu communicatur universo corpori foemineo, eiq[ue] toti dispositionem sua naturam congruam indicit; adeo ut integrum foeminam tam animi moribus, quam corporis vigore immutet; non secus ac semine virili in partibus virorum genitalibus contento, corpus universum dispositione semini analogam imbuatur, ac totum sui generis virostatem aliquam perfunditur.* Hac ergo genituram maris facultate corpori foemineo communicata, cur non in quavis corporis cavitate conceptio celebretur, ut in ventriculo, quod Salmuth. semel observavit ent. 3. obs. 24. In intestino recto, ut in Xiphia pisce, ut Cl. Th. Bartholinus hist. Anat. 16 cent 2. notavit, cur non ex ista Deusingij opinione quoque in capite & corde verus si eret conceptus? Aut proprione arbitrio semine ad uterum revertitur, exacta in toto corpore fermentatione, ut omissam for-

mationem instituat. Cū ergò post coitum primo mense in utero ex *Harvæi* observatione nihil seminis compareat, nec proslus statim evanescat in auras, & reverâ ad conceptionem concurrat, verisimile necessariò est censendundum, semen virile per anfractuosos vasorum ductus uteri Tuba ingredi, ad tempus ibi delitesceré, ut cum fœmineo exactius misceatur uniateturque.

16. Semen ergò hoc hoc virile sub amplexibus venereis in uterum matris immissum per uteri fundum in Tubas spirituositatis ac fermentationis suæ ad miniculæ se insinuar, & muliebri copulatæ, dum autē post peractam in iis præparationem ac amicam cum muliebri copulationem relabi in uteri cavitatem nititur interveniente notabili quâdam obstructione sèpius in una vel altera Tuba impeditum subsistit, ac regressus ipsi denegatur. Virtus interim plastica semini insita nunquam otiosa est, & ex utriusq; seminis fœcundi miscela ac unione firma fabricari fœtum incipit, adjuvante multum hujus loci commoditate, nec refragantibus planè omnibus ad veram fœtus generationem requisitis. Tuba enim

ute-

uteri, ut jam perceptum, secundum *Riolani* opinionem, sunt ejusdem naturæ & substantiæ cum utero, quia Mediocriter carnosæ: Deinde crescente quoq; fœtu, magis magisque, ut uterus dialatari Tuba incipit: Imò & membranæ ipsius adèò interdum crassiores redduntur, ut crassitie suâ genuinum uterum repræsentet. Gaudent quoque, æq; ut uterus, Tubæ hæ suis arteriis ac venis, in minutos ramulos di-remptis, pro fœtus nutritione ac sanguine superfluo revehendo, quas à præparantibus vasis adipiscuntur. Et demùm calor ejusmodi Tubarum externus utriusq; seminis foecundi in una atq; altera Tuba per ob-structionem notabilem deotenti calori interno se jungit, & virtute singulari vim il-lam insitam & plasticam ad opus suum per-agendum suscitat.

17. Non autem legitimo partus tempo-re, ut alii, fœtus ejusmodi in Tubis conce-pti excludantur, sed nimis maturius ante debitum tempus erumpunt. Vcl enim nu-trimenti defectu sufficientis per arteriarū succum nutritiun à matre affluentem de-ferentium, inopiam & obstructionem, sive loc

Ioci penuriâ compressi ad magnitudinem consuetam debitamque non perveniant. Nec lœtabilem quoq; adventum & salutem cùm matri tûm sibi conceptiones ejusmodi Tubariæ præfagiunt, verùm Embryoni semper, Matri autem ut plurimum lethales sunt. Cùm enim Tubæ uteri non hiatu aliquo, ut genuina matrix, sed meatu duntat exili sint præsiditæ, quæ porum vocat *Riolanus*, qui intra uterum (quâ ad uterum spectant Tubæ) deprehendatur & è cujus cavitate in Tubas (equinas) foramen stylium admittens, secundum *Varthonam* certatur, per tantillum illud foramen nec re meare in uteri cavum, nec in abdomen irrepere valet fœtus grandior factus: Unde aut suffocatur in fallo illo utero, præfertim si ejus substantia sit crassa & nimis densa ac dura, aut si tenuior, vi perrumpit, & ampliorem locum in abdominis cavitate eligit. Istius nodi autem ruptura insigniter haemorrhagiam necessariò comitem habet, imò lethalis ob symptomata gravissima supervenientia, ut febrem, delirium, vehementissimos motus convulsivos habetur, nisi abdомine anatomicè diviso, sanguis

guis effusus & in abdominis cavo collectus evacuetur, & Embryo novâ partus Cæsarei methodo à perito chirurgo eximatur: Et licet hujusmodi operationis, quâ exciso fœtum in Tuba concepto parens servata sit, nondum ullum observatum sit exemplum, fieri tamen eam aequaque commodius posse, quâm partum Cæsareum haec tenus nobis non incognitum adfirmamus.

18. Molitur subinde alium huicq; haud absimilem ex utero exitum natura, ut mirum nullum sit, si ex angustis Tubarū carceribus se extricare conetur fœtus. *Fabrie. Hildan. cent. I. observ. chir. 64.* dissecuit. Auriſciſiſ uxorem, in qua matrix, crumpente infante, lacerata, ejusque caput in levana ventris capacitatem demissum. *Joann. Casparius Faſius in Epift. ad Cl. Straußi- um* scribit, fœminæ cuiusdam gravidæ ex lapsu uteri disruptum fuisse corpus, duos transversos digitos crassum, ac hiatu pulchrè pomum granatum, ut depingi solet, re- præsentasse. Præfixo partûs tempore, do- lores eam sensisse, sed frustra, ac tandem eā extinctâ & apertâ, absolutissimum fœ- tum in sanguine materno in medio abdo- mine

mine natâsse, nullâ putredine infectum, aut fœtore gravem: Sanguinem quoq; rubentem non grumosum aut cadaverosum, verum in longas quasdam strias aut lacinias concrescere incepisse quoque testatur. Et Cl. Veslingius *Syntag. Anat.* c. 7. Concedit ex uteri ruptura foetum nunc Caput nunc pedes manusve, quâ data via est in abdomen exserere, nunc toto corpore maternis intestinis incumbere. Interdum foras per apostema prorumpunt ossæ particulæ; ex umbilico, quod vidit Albucaſſis l. 2. chir. c. 76 Marcell. Donatus l. 4. Histor. med. mirub. c. 22; exano teste Marsil. Cognat. l. 4. obs. var. c. 9. Joanne Langiol. 2. Epist. med. 39.

19. Deinde quoq;, quia Tubæ uteri suâ naturâ terretes & angustæ, in tantam capacitatem ad foetum conceptum amplificandū augescendum ac conservandum ampliari non possunt, nisi raro naturæ robore, quod de Hydropica narrat Tulpius l. 4. obs. c. 44. vel ex lessolûm foetus generantur & plene imperfecti, vel incredibiliter ac atrocissimis doloribus ex membranarum distensione, aceedentibus simul immanissimis motibus convulsivis, matri mors infertur.

20. Tandem non negamus, Foetum in
Tuba uteri conceptum, ac perrupturam
extra sedem suam in abdominis cavitatem
prolapsum, posse deinde vinculis suis ita ad
alligari in testinibus tenuibus & peritonæo
ut quasi in abdome pendulus fiat, quale
quid foetui Mussipontano contigisse legi-
mus; videmus enim in steatomatibus,
atheromatibus aliisq; anomalis tumoribus
similia à natura ad alieni corporis rebur &
nutritionem efformari. Rationem autem
horum, in qua animus acquiescat, reddere
non facile quivis poterit, nisi Cl. Deusingis
hypothesin admittat, quâ se est 3. de gen. Fæt.
extr. uter. statuit, ipsum ligamentum uteri
latum uteri Tubæ connexum, vincula
quinque, divulsa quasi ob molem foetus
repræsentare posse, peritonæo (unde li-
gamentum illud originem habet) nec non
mesenterio, atque hoc mediantibus te-
nioribus intestinis ad inguina vergenti-
bus (quibus & ipsum peritonæum exti-
mam tunicam lagitur) continua. Nec so-
lum Foetum ejusmodi hisce partibus con-
neeti, sed & post insolitam moram & in-
fuctum carcere, præscitum si solum Tu-
ba

108 DE CONC. IN TVBA VTERI.

ba uteri, non verò simul aliqua uteri pars
sit disrupta, ac si effluxus sanguinis fue-
rit paucus & sanguis iste corruptus cum
constanti virium robore per vias vel oc-
cultas vel manifestas expurgetur, in Lapi-
dis duritiem degenerari posse, manifestum
est ex Lithopædio Senonensi, cuius memi-
nerunt Petr. Borellus cent. 1. observ. Medi-
cophil. 5. Th. Bartholinus cent. 2. Histor.
Anat. C. Sennert. l. 4. part. 2. f. 4.
cap. 8. Quod ergo nec nimia siccitati,
nec frigiditati, nec calori, nec vi insitæ ab-
ditæque ab externis causis excitatæ, sed
spiritibus salinis & lapidi fiscis saltem im-
putandum est, quibus putredinem evade-
re, indurescere, & siccato corpore incor-
ruptum persistere potest. Atque hæc pro
temporis admodum brevioris ac instituti-
ratione de Tuba uteri, deque conceptio-
ne extra uteri cavitatem in Tuba facta, dis-
serere volui. D E O ergo summo Natu-
ræ Moderatori ac Conservatori
sit Laus, Honor, & Gloria in
æternum.

F I N I S.



264209

ULB Halle
005 136 601

3



NG.
DDT



Farbkarte #13

